Quod cum conceperint: inde tentamēta apponūt: vnde mentem conspiciunt inclinataꝫ. Audi Isido. de sūmo bono. Diabolus iquit qn̄ decipere quenqꝫ querit prius naturā vniuscuiusqꝫ intendit: ⁊ inde se applicat: vnde aptū hominem ad peccandū inspexerit. Et ex ea pte tentat qua eos per crescentē humorē facile ad vitia inclinare conspicit. hec ille. Ecce igitur ex his videt qualiter conscientia humana ciuitas dei sit. Vidi ergo Joannes ait ciuitateꝫ i. humanaꝫ consciaꝫ in qua deus habitat. De inde sequitur. vidi ciuitatem sanctam. Dicit āt conscia bona ciuitas sancta: quia semper cū timore dei opera sua metit: qḋ mistice scribit. Apoc. xi. vbi dicitur. datus est mihi calamus similis virge: ⁊ dictū est mihi surge: metire tēplum ⁊ altare. Est enim conscientia bona recte sicut calamus qui ē leuis ⁊ vacuus. Leuis quidem per despectum terrenoꝝ ad Phil. 3. Nostra conuersatio in celis est: vacua vero a propria voluntate. Math. 6. Fiat volūtas tua sicut in celo ⁊ in terra. Et ē similis virge: quia virga solent insolentes castigari. ꝓuer. 3. qui parcit virge odit filium suū. 5. q. 5. Non osculatur semper filium pater: sed aliquādo castigat: ⁊ conscientia semper rodit ⁊ stimulat cuꝫ peccamus. ps. Scopebā spūm meū. Et seqt dictū ē mihi. s. per inspiratōes bonas: ꝑ ꝑdicationes ⁊ diuias illumiationes. Surge paupercula anima peccatis inuoluta: ⁊ metire tēplum. i. conscientiā tuā. Paulus. An nescitis ꝙ mēbra vestra templū sūt spūs sancti. Et metire. s. cū falce ꝯtritiōis ⁊ ꝯfessionis: ⁊ satisfactōis: multitudinē: turpitudinē: ⁊ magnitudinē culparū tuarū. Ecce quomodo ꝯscientia dicitur ciuitas sancta. E non solū sancta: sꝫ etiā noua per nouā inhabitantē grām spiritꝰ sancti. ps. Inflāmatū est cor meū ⁊ renes mei i. affectus mei cōmutati sunt. i. inouati. Et nō solū noua: sꝫ etiā Hierusalē. i. visio. pacis. i. dei per ꝯtemplationeꝫ. Et ꝙ ne a nobis ante dicta habere putaremus ait. descendentem de celo. Jaco. i. Omne datum optimum ⁊ omne donum perfectum ⁊cetera. Et sic patet tertia veritas. quare ⁊cetera.

De quattuor primis bone conscientie fructibus. Conclusio tertia.

a Ccipe tertiā conclusioneꝫ videlicꝫ. Sicut pluribus conscientie diuersificantur modis: ita plurimis ꝯtingit modis deturpari. Ad cuius declarōnem aīma cara nouē subiungamus humane ꝯsciētie fedandi modos in tribus ternarijs distinctos.

Primus modus dicitur inflata elatio.
Secundus dicitur ignorans excecatio.
Tertius dicitur asinina ambulatio.

Accipe primū modū videlꝫ inflata elatio.

19

Quidam eniꝫ aut nobilitate generis aut pul
chritudine corporis: vl' simili fastu: ⁊ pompa
suis agendis viros peritos cōsulere dedignā
tur. Et qđ ad eos ſm diuersitatem status per
tinet addiscere dedignatur. Audi Augu. in
quodam libello de conflictu vitiorū in talium
persona loquentem. Quis tu inquit: vt peio/
ribus obtemperes: magis te q̃ꝫ illos decent
imparare: qui tibi non possunt ingenio vel i/
dustria coequari. Inde Bernardus in quo
dam sermone ait. Que nanqꝫ maior super/
bia q̃ꝫ ꝙ vnus homo toti congregationi iudi
cium suū preferat tanq̃ꝫ ipse solus habeat spi/
ritum dei ⁊c̃. Secundus modus dicit̃ igno
rantia ceca: siue ignorans excecatio. Sūt eni
pleriqꝫ qui vt liberius peccent libenter igno/
rant vel infirmantur. Contra quos ait Au/
gustinus di. 37ᵃ. §. vltimo. Illis inquit om/
nino ignosci nō poterit qui habētes a quo dis
cerent operam non dederunt. psal'. Noluit i/
telligere vt bene ageret. Et allegatur etiā ab
Augu. in dicto. §. vlti. di. 37. Terti⁹ mo/
dus dicitur asinina ambulatio. Audi Augu/
stinum super psal'. Declina a malo ⁊ fac bo/
num. Due inquit sunt partes iustitie inuiceꝫ
colligate: quaruꝫ vna sine altera fructum deo
acceptabilem non reddit. Prima ē declina
re a malo: ⁊ quantum possibile est illud remo
uere. Alia facere bonum: ⁊ omni cum dili/
gentia illud adimplere. hec ille. Vnde accipe
regulā generalem ꝙ quanto bonū qđ negligi
tur prestantius est tanto negligentia grauior.
ꝓuer. 19. Qui custodit mādatū: custodit ani/
mam suam. qui aūt negligit vitam suam mor
tificabitur ⁊c̃. Et sic patent tres primi modi
humanam conscientiā inficiētes.

Subdantur tres alij modi maculantes cō
scientiam humanam videlicet.

Primus dicit̃ vitiosa inobedientia.

Secūdus dicitur ꝓpria dilectio.

Terti⁹ dicitur ꝓpria reputatio.

Prim⁹ dicitur vitiosa inobediētia. Audi
Greg. ii. q. 3. quid ergo. vbi dicitur. Quid
ergo mirum si peccator homo obedientie in
presentis vite breuitate se subijcit: quādo hāc
mediator dei ⁊ hominū: ⁊ cum obediētes re/
muneret nō relinquit ⁊c̃. hec ibi. Melior eni
est obedientia q̃ꝫ victime. Nota tamen ani/
ma mea has regulas generales. Prima
regula est ꝙ nunq̃ꝫ maioribus obediendum
est in his que videntur contra preceptum do/
mini. 25. q. j. quid culpatur. i fine. ⁊ extra de
tempori. ordi. c. ad aures. glo. ij. Secun/
da regula est ꝙ non est de necessitate obediē/
dum prelato precipienti id quod non ad eius
officium spectat. extra de tempo. ordi. c. ad au
res. in glosa. Tertia regula est ꝙ superio/
rib⁹ vltra modum precipientibus non est de
necessitate obediendum. 2. q. 7. c. admonen/
di. Vbi dicitur. Admonendi sunt subditi ne
plus q̃ꝫ expedit sint subiecti: vt cum student
plus q̃ꝫ necesse est hominibus subijci compel
lantur eorum vitia venerari. hec ibi. Et sunt
verba Gregorij. Quarta regula est ꝙ su/
perio rib⁹ discrete ⁊ rōnabiliter imperātibus
semp est obediendum. 8. q. j. c. sciendū. Vbi
dicit̃. Sciēdū sūmope est ꝙ obedientia aliq̃n
si de suo aliquid concupiscētie habuerit glo.
j. de propria voluntate: nulla est ⁊c̃. Et dicit
glo. ꝙ hic sumitur argumentū ꝙ remunerari
nō debemus de eo qđ inuiti facimus. 20. q. j.
illud. 32. q. v. c. ille. hec glo. Audi capitulum
illud. Illud statuendū esse censemus: vt si in
minore etate filij in monasterio oblati fuerint
⁊ sacram tonsurā vel velamina susceperit: di
gnū qdē ducim⁹: vt. 15. anno a p̄latis monuꝫ
verbis inquirant̃: vtrū in ipso habitu perma
nere cupiant: an nō. Si vo in monasterio ꝓ
fessi fuerint: vilū penitētie locū amplecti pos
sunt. Si aūt ad secularē habitū reuerti voluē
rint: redeūdi licētia nullo mō denegeт̃. Quia
satis inutile est: vt coacta seruitia deo presten
tur. hec ibi. ⁊ sunt verba Marcelli pape. Au
di. ⁊. c. ille. vbi dicit̃. Ille aūt famule dei que
integritatē pudoris oppressione barbarica p/
diderūt: laudabiliores erunt in humilitate ac
verecundia: si se incontaminatis nō audeant
cōparare virginibus. Quāuis enim oē pec/
catū ex volūtate nascat̃: ⁊ potuerit corruptio/
ne carnis mens inuita nō pollui: min⁹ tamen
i. nō hoc illis oberit: si qđ potuerūt animo nō
amittere doleant se vel corpore ꝑdidisse. Cuꝫ
ergo hec que violētia passa est: pudicitiā ami
sisse ꝓbari non pōt: nullo modo conuincit̃ for
nicationis vel adulterij crimen incurrisse ⁊c̃.
hec ibi. Capitulū ille. vsqꝫ ad. §. cū ergo. sūt
verba Leonis. Et. §. cū ergo sunt vba Gra
tiani. Hoc volui notare pro ampliori mate/
ria ista. Et hec sufficiāt quantū ad hūc moduꝫ

Secundus modus dicit̃ propria dilectio.

Audi moralissimuz Senecā. Perit inqt oē
iudiciū cū res transit in affectū. Inde auarus
quia inordinate pecuniā amat: nō sibi cōscien
tiā format de vsuris ⁊ de alijs iniustis lucris
Luxuriosus: q2 inordinate vxorē diligit: nō si
bi ꝯsciaȝ facit de ihonestis gestis de sodomia
⁊c̄. Silr ⁊ vane mulieres inordinato amore
vanitatū excecate nō sibi ꝯsciaȝ faciūt de bal/
tijs mitris: amplis manicis. Et sic de alijs.
Et de h̄ amore ꝓprio pōt itelligi illud Pau
li ad Thi. vj. Radix oiuȝ maloꝝ ē cupiditas
⁊c̄. Terti⁹ mod⁹ dr̄ ꝓpa reputatio: de qb⁹
hodie dr̄. Cū ieiunatis nolite fieri sic hypocri
te tristes. Audi Gregoriu. Sic inqt maneat
op⁹ in publico: ꝙ tñ intētio maneat i occulto.
Matthei. Cū facis elemosynā noli tuba canē
añ te. Luc. 18. duo hoies ascēderūt i tēplū ⁊c̄.

Subdanť alij tres modi fedandi conscien
tiam humanam videlicet.

Primus modus dicitur anxia perplexio.
Secūdus modus diciť fumosa laudatio.
Terti⁹ modus diciť nō vera humiliatio.

Prim⁹ modus dr̄ anxia perplexio. pono
casū. Iurauit qs hoiem occidere: ꝯsciaȝ for/
mat: ꝙ si occidit homicida est. Si non occidit
ꝑiurus est. Itē pono aliū casū. Quis alteruȝ
odit dies pasce appropinquat: format h̄ sibi cō
sciaȝ: nisi cōicet ꝙ trāsgressorē ꝑcepti. de pe.
⁊ re. c. ois. Si cōicat discrimini se ꝯmittit: q2
nō facit qd̄ dicit Aplus. Probet aūt seipsum
homo ⁊c̄. Et sic de alijs ꝑplexitatib⁹. Pro/
pterea audi aīa mea pulcherrimū tex. di. 13. c.
i. vbi sic diciť. Duo mala. s. que sūt de gene/
re malorum: lȝ oino cautissime sint precauen
da: tamē si periculi necessitas vnū ex his pa/
trare compulerit: id debemus resoluere. i. fa
cere qd̄ minori nexu. i. ligatione noscitur obli
gare. Quid aūt leuius ex his: quidue graui⁹
sit: pure rationis acumine inuestigemus ⁊c̄.
hec ibi. Ex quo textu accipiť illa cōis regula:
De duob⁹ malis minus ē eligendū. Vbi no
ta ꝙ ibidē Gratianus ꝓbare intendit ꝑ duo
capitula ꝙ de duobus malis min⁹ est eligen
dum. Et ponit exemplū de homicidio ⁊ ꝑiu/
rio: vt quis iurauit occidere hominē ⁊c̄. Sȝ
certe anima cara vt dicit ibidem glosa. Ne/
mo sic perplexus esse potest: vt peccatuȝ mor
tale vitare non possit. Nam si ex necessitate
id facere deberet ei peccatum non imputareť
23. q. 4. nabuchodonosor. Item inter venia
le ⁊ mortale: ⁊ inter duo venialia perplexitas
esse non potest: quia peccatum veniale nec li/
gat nec implicat aliquem. Nota tamen ꝙ pec
candi necessitatem error inducit: vt scilicet du
rante errore necesse habeat homo mortaliter
peccare: puta iurauit qs se interfecturū hoieȝ
credens ꝙ si nō interficiat: periuriū icurrat.
qd̄ nō est veꝝ. Durante tñ errore: vl̄ necesse
est interficere: vel periurij reus est: qm̄ fm̄
Augu. Omne qd̄ fit ꝯtra ꝯsciam edificat ad
gehennā. Sed si intelligit periuriū nō icurre
re: nō occidendo: soluiť peccādi necessitas: q2
nō occidēdo: oino nō peccat. 22. q. 4. c. si mu
lier. Similit̄ hoc ipsum error temerarie volū
tatis facit. puta aliquis eligit ꝙ homicidiū vl̄
adulteriū faciat. ⁊ reuocari a ꝓposito non pōt
qn alteꝝ faciat: tūc durāte h̄ errore necesse hȝ
peccare. Sed si error deseriť: oia sūt i toto po
stergāda. Si autem deseri nō pōt: min⁹ ma/
lū eligať. Et sic itelligiť dictū capl'm duo mala
Ego tñ h̄ cōsiliū tibi aīa saluberrimū ꝑsto: vt
cū aio quēq3 vacillare ꝯtingat: peritos iterro
get. Nā vt Aug. ait sup ꝑma epl'a ad corin.
Errare i reb⁹ ē mōtale peccatū: vt cū. s. qs pu
tat op⁹ esse bonū qd̄ est malū. xj. q. 3. si qs di/
xerit. s. firmiter iustū iniustū ⁊ iniustū iustū ab
hominabilis ē vterq3 apud deū ⁊c̄. Scd̄s
modus dr̄ fumosa laudatio. Et certe hic mo/
dus pessim⁹ est. ps. Letanť cū malefecerint: ⁊
exultant in reb⁹ pessimis. Et redarguēs eos
ait. Vt qd gl'aris in malitia q potēs es iniqui
tate. Audi Hiere. 9. Nō gloriet inqt sapiēs
in sapiētia sua: neq3 fortis in fortitudine sua:
neq3 diues i diuitijs suis: sȝ in h̄ gl'eť q gloria
tur scire ⁊ nosce me: q2 ego sū d̄eus q facio mi
sericordiā ⁊ iudiciū ⁊ iustitiā i terra ⁊c̄. Inde
ex̄ de excessib⁹ ꝑlatoꝝ poniť regula gnālis ꝙ
publice se de crimine gloriās ab officio ⁊ bn̄fi
cio suspēdiť. Vbi dicit sic text⁹. Quā sit gra/
ue. ⁊ infra. diacon⁹. q publice ꝯfessus ē se mu
lierē cognouisse: ꝓpt qd̄ marit⁹ ei⁹ eā remisit
ad propria: ab officio ⁊ bn̄ficio suspēdať. hec
ibi. Tertius ⁊ vltim⁹ cōtaminādi ⁊ inficiē
di ꝯsciaȝ modus dr̄ nō v̄a hūiliatio. Sūt. n.
quidā se recte facere arbitrātes: se oia peccata
fecisse dicere: maximiq3 eē meriti: si eā hūili/
tatis dicāt se oia peccata hr̄e. Contra qs bea/
tus Thomas 2a 2e. q. c. 13. sic ait. Si quis in
se vile aliqd asserit esse qd̄ nō est: aut negat qc
piā strenuū qd̄ in se v̄itate ꝑcipit eē: vterq3

pe:cat peccato qđ ironia dr̄. Est aūt ironia qñ
quis minora de se, dicit aut maiora q̄z sint i vi
ta:e. Et est semper peccatū vt dicit beat⁹ Tho/
mas ibidē. vñ ponit̄ regula gnālis ꝙ nulla cā
mentiendū est. 22. q. 2. cū humilitatis. vbi dr̄.
Cū humilitatis cā mentiris si nō eras pecca/
tor mētiendo efficeris. Sʒ ꝯtra. Audi Gre.
di. v. c. ad ci⁹ in fine. Bonaꝝ ingt mentiū est
culpas agnoscere: vbi culpa nō est. Dico ſm
glo. ibidē ꝙ talis tex. sic dʒ itelligi. Bonaꝝ
mentiū est culpas agnoscere. i. timere esse vbi
culpa nō ē. Et sic aīs ad p̄ñs nouē modos hēs
qbus conscia humana sordidari τ coingnari
pōt. q̄re τc̄. Et h̄ sufficiāt ꝓ s̄a pte hui⁹ s̄mōis

De duodecim fructibus bone conscie.

Consideratio tertia.

Ertio loco. Humane conscie fru
ctificationē videam⁹. Vbi vide
bimus. 12. fruct⁹ distictos p tres
ꝯclusiones. Iuxta igitur primos
q̄ttuor fructus sit h̄ prima ꝯclo vʒ. Pululat
ab ea charitas: fugit: stimulat: atqʒ simpl'r sctā
conscia viuit. 2ª ꝯclusio est ista. Laudes sp
nit: honores non curat: indulget: τ iniurian/
tes sancta conscia amat. 3ª ꝯclusio est ista.
Bona conscia distribuit: vilē facit: sustinet:
atqʒ habitatio est spiritus sancti.

De q̄ttuor primis bone conscie fructibus.

Conclusio prima.

Ecipe primam ꝯclusionē τc̄. In qui
a bus verbis quattuor ponūt̄ primi san
cte boneqʒ conscientie fructus.

Primus fructus dicitur charitatiuus.
Secundus dicitur fugitiuus.
Tertius dicitur stimulatiuus. Et
Quartus dicitur mundificatiuus.

Primus fructus dr̄ charitatiuus: q: a san
cta conscia pululat sancta charitas: q: arbor bo
na fructus bonos facit. 1. Thi. i. Finis pre/
cepti est charitas de corde puro τ conscia bo/
na ꝓcedens. s. Dr̄ aūt charitas finis: nō tāq̄ʒ
in quo vltimate quiescat̄: q: hic est deus glori
osus. Sʒ est finis quo. s. mediāte in deo quie
scitur. Hec aūt charitas pululat a corde puro
i. a vitijs purgato τ conscia bona. Conscia āt
bona ſm Bern̄. est quando ratio decepta est
nec voluntas pūersa nec memoria ingnata.

Hic querit̄ quare charitas dicatur finis:
quo mediāte acqrit̄ de⁹: τ nō sic fides τ spes:
cū sint eque necessarie ad salutē sicut charitas
vt oibus notum est. Dico ſm Boñ. in. 3. di.
27. ꝙ charitas dr̄ finis triplici rōne: vʒ. Rō
ne maioris assimilatiōis. 2° rōne perfecte as
trictionis. Et tertio ratione finalis quietati
onis. Primo rōne maioris assimilatio/
nis. Naʒ sicut deus ex amore tribuit oib⁹ sua
bona. Mathei. 5. Pluit sup iustos τ iiustos
sic charitas oia obsequia τ mandata exequi/
tur liberal'r. ps. Voluntarie sacrificabo tibi:
q: s̄uitia coacta deo nō placent. 20. q. i. c. illđ
statuendū esse censemus: vt oñsum est ꝯclusi
one precedenti. 2° charitas dicitur finis ra
tione perfecte astrictionis. Nam sicut pater
τ filius nexu amoris τ charitatis coniungun
tur siue vniunt̄: ꝑpter quod spūs sanctus di/
citur nexus patris τ filij: sic homo per chari/
tatem deo adherendo: vnus spiritus efficitur
per participationem cum ipso deo. Apocalip
sis. 3. Sto ad hostium τ pulso: si quis aperue
rit intrabo: τ cenabo cū illo. τ Io. 14. Siqs
s̄monem meum s̄uabit: pr̄ meus diliget euʒ:
τ ad eum veniemus: τ mansionem apud eum
faciemus. 3° charitas dicitur finis rōne fi/
nalis quietationis. Nā sola charitate in deuʒ
qetamur: τ sola charitate fruimur ipso deo: τ
nō fide τ spe: q: fides τ spes ꝑadisum nō in/
grediuntur: sed pro fide datur clara visio: pro
spe firma tētio: sola charitas celū igredit̄: pul
cherrimā auctoritatē ꝓspi. li. đ ꝯtēplatia vita
Et ponit̄ de pe. di. 2. c. Radicata est charitas
Vbi sic dr̄. Charitas vt mihi videtur est recta
voluntas ab oibus t̄renis ac p̄ñtibus prorsus
aduersa: iuncta vero deo inseꝑabiliter: τ igni
ta igne quodā spūs sci: a q̄ est τ ad quē refert̄ i
cēsa: ingnamenti ois extranea: corruptōis ne
scia: nulli vitio mutabilitati obnoxia sup oia q̄
carnaliter diligunt̄ excelsa: affectionum oium
potentissima: diuine ꝯtemplatōis auida: i om
nibus semꝑ inuicta: sūma actionū bonarum:
salus moꝝ: finis celestiū preceptoꝝ: mors cri
minū: vita virtutū: virtus pugnātiuʒ: palma
victoꝝ: aīa sctāꝝ mentiū: cā meritoꝝ bonoꝝ:
p̄mium ꝑfectoꝝ sine qua nullus deo placuit.
cū qua nec potuit aliqs peccare nec poterit fru
ctuosa in penitentibus: leta i proficientibus:
gloriosa i ꝑseuerantibus: victoriosa i marty/
ribus: operosa i omnibus oino fidelibus: ex qua
ꝗcquid ē boni opis viuet. Hec ib. ad l'raʒ. Et
paꝝ ifra dicit Bñn⁹. Sicut sine via nullus

peruenit q̊ tendit: ita sine charitate que dctā ē
via nō ambulare pn̄t hoies ſ3 errare. hec ibi.
Et sic p3 primus fruct⁹. Secūdus fructus dr̄
fugitiuus. Nam vbi bona ↄſcia est ibi chari
tas: vt dictum est: sed vbi charitas ibi fuga ↄ̄
rij ↄriū autē charitati ē mortale pctm̄: g° vbi
bona ↄſcientia: ibi fuga peccati mortalis. ps.
Dilexisti iusticiam ⁊ odisti iniquitatem: ꝓpte
rea vnxit te deus tuus oleo leticie. Hic que/
rit posſq̄3 bona ↄſcia peccatum fugit vt dicis
qd ergo est cā peccati. Nam peccata suos de/
bent hr̄e auctores. C. de penis. l. sancimus et
extra de his que fiūt a maiori pte capituli. c. q̊
finit. Dico directe nec deus nec diabol⁹ est cā
pcti. ſ3 aie ifirmitas ē cā pcti. Et hec oia tibi
ꝓbabo. Et ꝓbo pmo ꝙ de⁹ non ē cā pcti. Et
arguat̃ sic. Illi⁹ nō ē auctor de⁹ cui⁹ ē vltor: ſ3
deus ē vltor pcti: ergo nō auctor pcti: ↄn̄a est
nota cū maiori. Minor ē manifesta. Math.
25. Ite maledicti i ignē eternū g° ⁊c̄. Item
si deus eēt cā pcti: aut hoc eēt q2 peccaret ipse:
aut q2 alterū peccare faceret. Istud ē optimū
mediū: vt p3: sed neutrū istoꝝ deo conuenire
pōt: g̊ non erit deus cā pcti. Et ꝓbo ꝙ nō p̊/
mū v3 ꝙ deus peccare possit. Nam vbi sum
ma bonitas: ibi nulla impfectio: ſ3 de⁹ ē sum
ma bonitas: g̊ nulla ipfectio: oia ista patent:
Itē vbi pōt esse culpa ibi mors: sed deus est i
mortalis: g̊ ibi nulla culpa. Item vbi summa
charitas: ibi summū pctōꝝ odiū: deus est sū/
ma charitas: ergo sūme peccata odit: ⁊ p ↄn̄s
nō pcti cā. Secundo ꝓbo ꝙ deus nullū pec/
care facit: ⁊ solum facio hanc rōnē: pctm̄ est a
uersio ab vltimo fine: sed deus ē vltimus fi/
nis: g̊ si deus ē cā pcti: facit auertere peccantē
a seipso: hoc aūt est inconueniēs: q2 nihil fac̄
a seipso auertere: g̊ ⁊c̄. Quod autē hoc sit in
conueniens immo ipossibile ipsi deo probo
de natura summi boni ē oia ad se trahere ⁊ oi
bus cōicari p̊ ethi. sed deus ē summū bonū: g̊
oia ad se trahet ⁊ nō repellet: quare igit̃ ipossi
bile ē ꝙ de⁹ sit cā pcti. Scd̄o ꝓbo ꝙ diabolus
nō ē cā pcti hac sola rōne. Qis cā in se nō im
pedita delectata in ꝓductione alicuius affect⁹
semp ꝓducit effectū: sed diabolus est cā pec/
cati vt dicis: ⁊ non est impeditus: q2 vt dicit
Job non ē potestas que comparet̃ ei sup ter/
rā ⁊ delectat̃ semp in malo: ergo semp produ
ceret ⁊ illū effectū: ⁊ p ↄn̄s semp peccaremus
Sed manifestū ē ꝙ non semp peccam⁹: ⁊ nō
semp deo rebellamur: g̊ diabolus nō ē pecca
ti cā. Sed dices iste pr̄ Ambrosi sunt hec rō/
nes. Sed rn̄de parump mihi: ⁊ volo tibi ꝓ/
bare ꝙ deus ē cā pcti: ⁊ ꝓbo auctoritat̃ ⁊ rō/
ne. Auctoritate sic. Audi Paulū ad Ro. 1.
tradidit illos deus in reprobū sensū: vt faci/
ant que nō ↄueniūt. Audi ⁊ Job. 12. Immu
tat inquit cor principū populi terre: ⁊ decipit
eos vt frustra incedāt: palpitant enim i tene/
bris ⁊ nō in luce: ⁊ errare faciet eos q̄si ebri/
os. Ecce q̄3 clare dicūt he auctates. Secūdo
h̄ ꝓbo rōne sic. Quicunq3 iducit aliquem ad
peccandū ē cā pcti: ista est notissima: ſ3 de⁹ in/
ducit ad peccandū: g̊ deus est cā pcti. Minor
ꝓbat̃ p Augu. lib. de gratia ⁊ libero arbitrio
vbi sic ait. Manifestum ē deū operari i cor/
dibus hominū inclinādo eorū voluntatē ad
quodcūq3 voluerit siue bonum siue malum.
Sed inclinatio volūtatis ad malū est peccatū
ergo deus ē cā peccati. Qr̄ autem diabol⁹ sit
causa peccati probo. Audi Sap. 2. Inuidia
diaboli mors introiuit in orbem terraru3: sed
mors consequitur ex peccato. Gen̄. 2. Qua/
cunq3 hora comederitis moriemini: ergo di
abolus ē causa peccati. Bene vtiq3 aia mea
arguis: ſ3 tamē rōnes tue nō ↄcludūt. Ad
quorum declarationem est notandum ꝙ esse
causam peccati pōt triplicit̃ intelligi: vt indu/
cens: vt permittens: ⁊ vt efficiens. Mō dico
ꝙ diabolus est causa peccati: vt quoddam ex/
trinsecum inducens per suggestionem: ⁊ non
vt efficiens: propter rationem superius factā
Et deus est causa peccati vt permittens vel
gratiam suam subtrahens: ⁊ non vt efficiens
quia ex quo est summum bonum: nihil potest
a se repellere vt dictum est: quare ⁊c̄. Nunc
vero ad tertiā veritatē probandam veniem⁹
videlicet ꝙ infirmitas anime est causa pcti.

Ad cuius declarationē nota ꝙ triplex ē cā
peccati: vna principalis: ⁊ alie due secūdarie.

Cā principalis peccati est ipsa voluntas:
q2 ſm Augu. peccatū ideo pctm̄ q2 volūtariū
Et hoc idē oñdit mgr̄. 2. sniarū. di. 40. Cāe
secundarie sunt humana ignorātia ⁊ hūana i
firmitas. Et primo oñdam quō ignorantia ē
cā peccati. Secūdo quō infirmitas. Est g°
notandū ꝙ per sciam practicā hō dirigit̃ i opi
bus bonis: ⁊ retrahit̃ a malis. Cū g̊ ignoran
tia huiusmodi sciam tollat: erit ignorantia cā
peccati tanq̄3 remouēs prohibēs. Et ꝓbem⁹

21

hoc exẽplo. Scia grãmatice ad cõgrue loquẽ
dũ dirigit. igit̃ ꝛ ꝓhibꝫ locutõis incõgruitatẽ
ergo ignorãtia grãmatice est cã' incongrue lo
cutõis tanq̃ꝫ remouens ꝓhibens. Et similit̃
in artib⁹ moralibus scia practica dirigit. ergo
ignorãtia hui⁹ scia erit cã peccati mortalis: ꝟm
modũ predictũ. 2° notandũ ꝙ duplex scia i ac
tibus' moralibus dirigit: ꝛ ꝓhibere põt pecca/
tum. s. vniuersalis ꝛ ꝑticularis. Scia vniuer
salis per quã iudicamus aliquẽ actũ eẽ rectuꝫ
vel deformẽ: sicut scia qua iudicam⁹ fornicati
onẽ esse peccatũ. Et interdũ hac scia abstinet
se a peccato. Et si ꝑ ignorãtiã talis scia remo
ueatur: talis ignorãtia dicet̃ cã peccati. Scia
ꝑticularis dirigens in actibus humãis: ꝛ ꝓhi
bere potẽs peccatuꝫ dr̃ scia circunstantiarum
ipius actus moralis. Tertio notandum ꝙ
ꝑ sciam circunstãtie vnius actus põt qs remo
ueri a peccato dupl'r. s. simpl'r: ꝛ ꝟm qd. Sim
pliciter qñ total'r ꝓhibet. ꝟm qd qñ nõ simpl'r
retrahit: sꝫ tm̃ a tali gnẽ peccati. Ex^m. Si sa/
gittator simpl'r ꝛ clare cognosceret transeuntẽ
esse hoiem: nullo mõ sagittaret. ecce scia illius
circunstãtie eum simpl'r a sagittatiõe ꝓhibet.
Sꝫ si scit ipm' esse hoiem ꝛ illũ esse patrem: et
vult interficere hoiem: scientia huius: q2 scit
trãseuntẽ eẽ pr̃em ꝓhibet ipm sagitare. Ec/
ce ꝙ hec circunstantia ꝑticularis ꝓhibet ipꝫ a
sagittatione nõ simpl'r: q2 si scirꝫ aliũ fuisse ho
minẽ ꝑfecto sagittasset. Modo ad ꝓpositum
pono ꝙ ignoret transeuntẽ in primo casu esse
hoiem' sꝫ putet eẽ ferã: ꝛ sagittãdo hoiem in/
terfecit: : vides ꝙ ignorãtia illius circunstãtie
q2 ignorauit transeuntẽ hoiem fuisse homici/
dij cã fuit. Sil'r in scd̃o casu pono ꝙ ille sciat
transeuntẽ hoiem esse: sꝫ ignoret eẽ pr̃eꝫ: ꝛ sa
gittando pr̃em occidit: vides ꝙ ignorãtia hec
homicidij cã fuit. Quare igitur pꝫ quõ igno
rantia est cã peccati Scd̃o oñdamus quõ in
firmitas nr̃a sit cã peccati. Ad cui⁹ declaratio
nẽ est sciendum ꝙ infirmitas corporal' ꝯtigit
qñ aliqs humor virtuti actiue totius corporis
nõ subdit̃. vt qñ talis humor aut in caliditate
aut frigiditate excedit: vel in aliquo huiusmõi
Modo ad ꝓpositũ a sil'i qñ est aliqua affectio
nõ ꝟm rõnis regimen moderata: sed excedit:
aut deficit: tunc aia infirmat̃. Et hoc ꝑmaxie:
ꝟm affectiones appetitus sensitiui ꝯtingit: vt
timor: ira: ꝯcupiscẽtia. ꝛ huiusmõi: vñ antiq
huiusmõi aie passiones: egritudies aie appel
labant: sic pꝫ qual'r infirmitas aie est' cã pcti.
Põt etiã poni alia cã peccati q̃ dr̃ ex propria
malicia. : vt quãdo ex ꝓpria industria vl' ex cer
ta scia: ꝛ ex ꝓprio motu absq̃ꝫ aliqua passione
inclinãte: quis eligit peccare. Vñ peccans ex
industria siue ex malicia prius eligit illã dele/
ctationẽ pcti. deiñ tanq̃ꝫ illi delectatiõi ꝯiun/
ctã' eligit deformitateꝫ peccati. sicut infirmus
primo ꝛ ꝑse eligit sanitatẽ. ꝛ medicinã amarã
secũdario tanq̃ꝫ sanitati ꝯiunctã. Et h° oñdit
phs. 3. ethi. dicẽs ꝙ irrõnabil'r est dicere ꝙ a
liquis cõmittere adulteriũ velit: ꝛ nõ velit esse
iniustus. Vñ primo adulteriũ eligit: ꝛ postea
q2 adulterio deformitas iuncta est: eligit secũ
dario deformitatẽ. Vñ igitur concludamus
ꝙ siqs adulteriũ eligat: q2 ignorat adulterium
eẽ malũ ignorãtia est cã peccati. Si eligit adul
teriũ ex aliqua passione iclinãte: tũc infirmitas
est cã peccati. Si ex ꝓprio istinctu ꝛ idustria.
tunc malicia est cã peccati. Et ista sunt satis ꝑ
pulchra. Et si vis ista videre: vide btũꝫ Tho.
in qõnibus de potẽtia dei. q. 3. arti. i. ꝛ tertio.
Et ista sufficiãt pro isto ꝟo fructu. Tertius
fructus dr̃ stimulatiu⁹. Mira ꝑfecto est na/
tura hois: ꝛ mirabilior certe angeloꝝ natura
q̃tuꝫ ad ea q̃ dicem⁹. Si. n. angel⁹ peccat nõ ẽ
susceptibilis pnĩe. Si hõ aptus natus est pe
nitere. Ille ꝑ nature subtilitatẽ ad qd̃ se ꝯuer
tit totaliter se cõuertit ꝛ irreuocabiliter: ita vt
macula q̃ in ei⁹ itellectu cecidit: nulla possit pe
nitẽtia deleri. Homo q2 corporeus ẽ ꝛ fragil'
quãcunq̃ꝫ põt in se culpã ꝛ maculã pnĩa delẽ:
Audi Criso. lib. de reꝑatiõe lapsi. Nũq̃ꝫ sper
nit deus pniãꝫ si ei sincere ꝛ simpl'r offeratur:
etiã si ad sũmuꝫ qs ꝑueniat malorum: ꝛ inde
velit reuerti suscipit ꝛ libent' ãplectit̃ eũ deus
Audi pulcherrimũ tex. 26. q. 6. c. Si p̃sbyter
vbi sic dr̃. Si p̃sbyter pniãꝫ abnegauerit mo
rientibus: reus erit aiaꝝ: q2 dñs dicit: q̃cunq̃ꝫ
die peccator ꝯuersus fuerit ad pniam vita vi/
uet ꝛ nõ moriet̃ ꝛc̃. Profecto aia mea si õmo
nes hanc grãm hr̃e possent: vt coꝝ voluntas
rectificari posset ꝛ agere pniam: nullum esset
tam asperrimũ martyrij genus qd̃ patienter
nõ sufferent. O grãdis' grã. o grande donuꝫ
humane nature collatũ: que cẽties milies ca/
dere ꝛ resurgere põt: Math. 18. Non dico ti
bi vsq̃ꝫ septes: sed vsq̃ꝫ ad septuagesies septi/
es. Tbi ponitur numerus finitus pro nũero
isinito: vt dicit glo. Sꝫ querit̃ an aie post hãc

vitã de coꝝ peccatis ↄterant. Hanc qõnem
mouet btũs Tho. in. 4. di. 1. arti. 4. Et ap/
paret ꝙ aie post hãc vitã ↄterant triplici rõne
Arguat. n. sic. Ubicunqꝫ est charitas: ibi
cãtur displicẽtia de pctis. Sꝫ charitas rema/
net in aia post hanc vitã: ⁊ q̃ntuꝫ ad actũ: ⁊ q̃ꝫ
tuꝫ ad hituꝫ. 1. Cor. 13. Charitas nũq̃ꝫ excidit
ergo ⁊ ibi erit displicẽtia de pctis qḋ eẽntialit
idẽ est qḋ ipa ↄtritio. Itẽ magis dolenduꝫ
ẽ de culpa q̃ꝫ de pena: sꝫ aie in purgatorio do
lent de pena sensibili: ⁊ de dilatõe gl'ie. ergo
multomagis debẽt dolere de culpa cõmissa.
Itẽ tertio sic. pena purgatorij est satisfacto
ria pro pctõ: sꝫ satisfactio hꝫ efficaciã ex vi con
tritiõis. ergo ↄtritio manet post hanc vitam.
Aia mea istis nõ obstãtibus rõnibus: vo
lo pro ↄclone resꝑuere: ꝙ aie siue i celo siue in
purgatorio. siue i iferno nõ hñt nec hr̃e pñt ↄ
tritionẽ de coꝝ ↄmissis in hac vita pctis. Et
ꝓbo sic. Cõtritio est ps pnie inq̃ꝫtum ẽ sacrꝫ
sꝫ sacra nõ manẽt post hanc vitã. ergo nec con
tritio. Item ↄtritio potest cẽ tanta ꝙ delet
culpã ⁊ penã. ergo si aie in iferno vel purgato
rio ↄteri pñt: seq̃t ꝙ ex vi ↄtritõis eoꝝ pene rea
tus dimitti possent: ⁊ sic a pena sensibili libe/
rari: qḋ ẽ flm. Et ꝓpꝑea dico ad rõnes i op
positum ꝙ charitas nõ causat dolorẽ de pctis
nisi in his in qbus cãre põt: ⁊ qm̃ doloris sũt
capaces. sꝫ plenitudo gaudij in btis oẽꝫ ab eis
doloris capacitatẽ excludit. Et iõ q̃ꝫuis chari
tatẽ hẽant. tñ contritõe carẽt. Ad aliã rõeꝫ
dico: ꝙ aie in purgatorio dolẽt de pctis: sꝫ do
lor ille nõ est ↄtritio. q2 deest eis ↄtritõis effi/
cacia. vt declarabit in seq̃nti nõbili. Et per
ↄñs rñdet ad tertiã ꝙ illa pena quã hñt aie in
purgatorio nõ est ꝓprie satisfactio: q2 satisfac/
tio opus meritoriuꝫ req̃rit. Sꝫ accipiẽdo satis
factioneꝫ large pro solutõe debite pene. sic est
ibi satisfactio. sed nõ facit ad ꝓpositũ. Ad
declarõnem oium dictoꝝ est nõndum ꝑm be
atũ Tho. vbi sup̃. ꝙ tria sit in ↄtritiõe ꝑuãda.
Primũ est ↄtritionis genus qḋ dicitur do
lor de pctis. Scḋꝫ est ↄtritionis forma: qḋ
est actus ṽtutis gr̃a informat⁹. Tertiuꝫ est
ↄtritionis efficacia: q2 est meritorius ⁊ sacra/
mentalis: ⁊ quodãmodo satisfactori⁹. Aie
igitur post hanc vitã que in patria sunt contri
tionem habere non possunt: q2 ꝓpter gaudij
plenitudinẽ dolore carẽt. Ille ṽo que sunt in
inferno ⁊ si doleant de pctis: tñ q2 carent gr̃a
dolorem informans: contritionẽ non habẽt.
Ille ṽo que sunt in purgatorio: ⁊ si doloreꝫ ha
beant de peccatis gr̃a informatũ: tñ non ha/
bent contritionẽ: q2 non sunt in statu merẽdi
Sꝫ in hac vita oia ista iueniri possunt. iõ soluꝫ
in hac vita põt esse cõtritio. Hec oia ponit
beatus Tho. in. 4. di. 17. arti. 4. quare ⁊c̃.
Quart⁹ fruct⁹ dr̃ mundificatiuus. q2 con/
sciẽtia sancta simpl'r sancteqꝫ viuit. Audi Cri
so. sup illud Math. 22. Reddite q̃ sunt cesar'
cesari: ⁊ que sunt dei deo. Nũmisma inq̃t cesa
ris auꝝ est. Nũmisma dei homo est. In soli
dis cesar videt. In hoibus deus agnoscitur.
Iõ diuitias vr̃as cesari date. deo aũt conscie
vr̃e puritatẽ ⁊ innocentiã reꝑuate. hec ille
Sꝫ hic querit qḋ istoꝝ duoꝝ sit magis ne/
cessariũ ad vitã eternã conseq̃ndam: an bona
conscia: an bona fama. Dico aia mea lꝫ vtrũ
q̃ꝫ sit nobis necessariũ. puritas qdeꝫ conscie ꝓ
pter nos bona fama ꝑꝑ ꝓximũ. Audi Augu.
Crudelis qppe est q cõfidẽs de conscia negli
git bonã famã. Tñ vbi vtrũq̃ꝫ hẽri nõ põt me
lior est conscie puritas q̃ꝫ bone fame claritas.
Audi Greg. sup Ezech. omil'. 9. Quid pro/
dest inq̃t si oẽs nos laudẽt cũ conscia accuset.
Aut qd poterit obesse si oẽs nob derogẽt: ⁊ so
la ↄscia nos defendat. Audi pulcherrimũ
tex. xi. q. 3. c. Non sunt audiẽdi. Nõ sunt
inq̃t audiẽdi siue viri sancti siue femie: qui qñ
reprehẽdunt in aliq̃ negligẽtia. s. fame: ꝑ quã
fit vt in malã veniãt suspitioneꝫ. s. ppl'i: vñ suã
vitã longe. s. a pctõ abesse sciãt dicũt corã deo
sibi sufficere ↄsciam. Extimationẽ hoium nõ
solũ iprudenter. s. quoad alios: veꝝ ẽt crudẽ
lit ↄtẽnentes. cũ occidãt aias alioꝝ. s. ↄspiciẽ
tiũ eos. s. blasphemantiũ viam dei: qbus ꝑm
suã suspitioneꝫ quasi turpis que casta ẽ displi
cet vita sctõꝝ: vel etiã cũ excusatõe imitantiuꝫ
non qḋ vidẽt: sed qḋ putãt. ꝓinde q̃sq̃s a cri/
minibus flagitioꝝ aut facinoꝝ vitã suã custo
dit: sibi bñfacit. Quisq̃s aũt etiã famã: ⁊ i alijs
est mi꞉ꝑicors. Nobis. n. est necessaria vita no
stra: alijs fama nr̃a. hec ibi. Et glo. sup illo
ṽbo: vel cũ excusatiõe. sic ait. Ut si vidẽt ali/
quos soluẽ ieiuniũ iusta de cã ipi idẽ faciũt exẽ
plo ei⁹. cum tñ ignorent cãꝫ qua ille facit: ⁊ sic
se excusant. hec glo. Et eadẽ glo. in princi
pio adducit pro concordantia huius capituli:
alium textum Augustini de communi vita cle
ricoruꝫ. duodecima questione prima. c. nolo.

22

Ubi sic dicit textus. Nolo vt aliqs de vobis
inueniat male viuendi occasionē. ꝓuidemꝰ
enim bona: vt ait Apl's nō solū corā deo: sed
ēt corā hoībꝰ: ꝓpter nos ꝯscia nr̄a nobis ne/
cessaria ē: ꝑꝑ vos fama nr̄a nō pollui: sed pol
lere dꝫ i vobis due res sunt i vobis ꝯscia ⁊ fa
ma. Conscientia necessaria est tibi. Fama ꝓ
ximo tuo. Qui confidens conscīe negligit fa
mā suā crudelis ē ⁊c̄. hec ibi. Et h̄ volo ti/
bi sufficiant ꝓ p̄nti ꝯclone. quare ⁊c̄.

De q̄ttuor alijs bōe ꝯscie fructibꝰ ꝯclo. 2.

Ccipe ẜm ꝯclonē vꝫ. Laudes sp̄nit
a bonores nō curat: idulget: ⁊ iniuriā/
tes sctā ꝯscia amat. Ubi ponunt̄ alij
quattuor bone ꝯscie fructus vꝫ.
Primus dicitur sp̄ctiuus.
Secundus dicitur non curatiuus
Tertius dr̄ remissiuus
Et quartus dr̄ amatiuus.

Primus inq̄ꝫ scd'i q̄ternarij bōe ꝯscie fru
ctus dr̄ sp̄ctiuꝰ. i. bona ꝯscia laudes huma/
nas sp̄nit. Audi Bern. Qui ꝯscias suas i
alienis liguis posuerint: mō ꝑui: mō magni
mō nulli vident̄ ꝓut liguis hoiuꝫ eos laudar̄
vel vituꝑare placuerit. Audi tex. 83. di. c. nil
vbi sic dr̄. Nil illo pastore miserius q glorīat̄
luporū. i. malorū vel laicorū laudibus. Qui/
bus si placere voluerit: atqꝫ ab eis amari ele/
gerit: erit hic ouibus magna ꝑnicies. Nullꝰ
igit̄ pastor lupis placere. i. malis: ⁊ gregibus
ouiū potest. Perdit enim labiorū memoriaꝫ
s. p̄dicatiōis mēs terrenis obligata carceribꝰ
Sic āt artiū i suo q̊ꝫ ope inuenit̄ mr̄ instātia:
ita nouerca cruditiōis est negligentia. hec ibi
Et sunt v̄ba Anacleti pape. Hic querit̄ in q
bus magis consistit laus humana. Dico aīa
mea ꝙ in illo magis laus hūana ꝯsistit i quo
magis delectat̄ ⁊ qđ possidet: inde aliq glīam
⁊ laudē suā posuerūt i arte bellādi: vt Her/
cules Ulixes Aiax Hector ⁊c̄. Aliq in edifi
ciorū menibꝰ sic Arphasat q gloriabat̄ i sua
potentissima ciuitate Judith. Quidam i me
tris ⁊ carminibus vt poete. Unde ouidiꝰ in
f. ne methamorphoseos ait. Jamqꝫ opus exe
gi quod nec iouis ira nec ignis. Nec poterit
ferrū nec edax abolere vetustas. Cum volet
illa dies q nil nisi corꝑis huiꝰ. Jus hꝫ incer/
ti mihi spaciū finiat eui. Parte tamē meliore
mei suꝑ astra ꝑhēnis. Alta ferar nomēqꝫ erit
indelebile nostrum. Quaqꝫ pꝫ domit' roma
na potentia t̄ris. Ore legar ppl'i ꝑ que oīa se
cula fama. Si qd h̄nt v̄i vatū p̄sagia viuam
hec ille. ⁊ sic de alijs dđm ē. Scd's fructus
dr̄ nō curatiuus. i. bona ꝯscia nō curat hono
res. Audi ꝓphetā. Dn̄e inq̄t nō ē exaltatum
cor meū: neqꝫ elati sūt oculi mei. Neqꝫ ambu
laui i magnis: neqꝫ i mirabilibꝰ suꝑ me. Ex
pone sic. Dn̄e nō ē exaltatū cor meū excellen/
tiā. s. inordinate appetendo tanq̄ꝫ putās illaꝫ
me ꝓpria v̄tute habē posse. Neqꝫ elati sunt
oculi mei. i. vltra modū leuati. s. putās bona
mihi a deo ꝯcessa: sed tn̄ meis meritis. Neqꝫ
ambulaui i magnis. s. me extollēdo h̄re qđ n̄
habebā: aut plusq̄ꝫ hēbā. Neqꝫ i mirabilibꝰ
suꝑ me. s. me suꝑ alios exaltando alijs despe
ctis. Hic querit̄ an appetere ep̄atū sit lauda/
bile ⁊ licitū. Similit̄ ⁊ de alijs dignitatibus.
Dico ẜm beatū Tho. ẜa ẜe. q. 185. ꝙ i ep̄atu
tria dn̄t ꝯsiderari finis ⁊ intentio: dignitas ⁊
altitudo: gradus ⁊ honor siue reuerētia. Fi/
nis ⁊ itentio ē vtilitas pploꝝ Jo. vl. Petre
amas me: dn̄e tu scis quia amo te: pasce oues
meas extra de elec. c. significasti. Scd'o ꝯside
rat̄ dignitas ⁊ altitudo gradus. Math. 25.
Fidelis ẜuus ⁊ prudens quē cōstituit dn̄s su
ꝑ familiam suā. Tertio honor ⁊ reuerētia pri
ma ad Thi. 5. presbyteri sūt duplici honor̄ di
gni: ⁊ nomine presbyteri intellige episcopos
Sic eni frequent̄ accipit̄ i decretis vt pꝫ inue
ti. Mō ad ꝓpositū dico ꝙ appetere ep̄atum
ẜo ⁊ 3̄io mō ē illicitū: ⁊ ꝑtinens ad ambitionē
⁊ cupiditatē. Inde dn̄s ait de pharisęis: Ma
thei. 23. Amant p̄mos accubitꝰ: ⁊ ꝑmas cathe
dras in sinagogis. Et discipulos primatum
q̄rentes redarguit. d. Mathei. 20. p̄ncepſ gē
tiū dn̄ant̄ eoꝝ ⁊c̄. Sꝫ episcopatū appetē ꝓpt̄
ppl'i vtilitatē ⁊ dei laudē virtuosū ē ⁊ lauda/
bile. 8. q. i. c. q epatū vbi dr̄. Qui ep̄atum de/
siderat bonū opꝰ desiderat. Exponere voluit
qd sit ep̄atꝰ: q̄r nomē ē oꝑis nō honoris. gre
cū eni nomē ē: atqꝫ inde dictū vocabulū ꝙ il/
le q p̄ficit̄ illis q̄bus p̄ficit̄ suꝑintendit curam
eoꝝ. s. gerēs. scopos qdē intētio ē: g°ep̄os si
velimꝰ latine suꝑintēdētes possumꝰ dicē vt i
telligat nō se eē ep̄m q preesse dilexerit: nō ꝓ/
desse. Itaqꝫ a studio cognoscēde v̄itat' nēo
ꝓhibet̄ qđ ad laudabile pertinet ocium: locꝰ
v̄o supior sine q̊ regi ppl's nō pōt: ⁊ si ita reti
neat̄ atqꝫ administret̄ vt decet: tn̄ nō decent̄
appetitur ⁊c̄. hec ibi. Quasi dicat Auguꝰ in

ī dictis ꝟbis: ꝙ si ad dignitatē ꝯsequēdā opꝰ
bonū sub desiderio cadat: nō aūt ꝑmatꝰ digni
tatis: licitū ē dignitatē appetere. si aūt sub desi/
derio cadat ꝑmatus ⁊ honoꝛ ⁊c̄. nulli dubiū
ꝙ ē peccatū appetere ep̄atū ⁊ dignitatē. Inde
Criso. q inqt desiderauerit ꝑmatū. i. dignita/
tē: vel ꝑlaturā in terra: inueniet cōfusionem in
celo. Et quō pauci sūt pace prelatoꝝ dixerim q
zelo charitatis appetāt dignitates. Inde tpe
sctōꝝ pauci repiebātur q vellēt tales assūere di
gnitates. Nā Marcꝰ euāgelista vt indignus
sacerdotio breꝫ pollicē sibiipsi āputauit: vt be
atus Hiero. refert. Btūs Gregorius ab oī
populo ⁊ clero acclamatꝰ in papā occulte fu/
git. btūs Hiero. cardinalatū Rome dimisit.
⁊ vt sacris lr̄is operā daret: Betleem perexit.
Btūs Ambrosiꝰ ne a mediolanēsi ꝑplō in ar
chiep̄m eligereꝫ meretrices in domū suaꝫ ire
fecit vt populū ab electiōe reuocaret. Grego
rius nazāzenus ep̄atū dimisit vt sapie vacaret
Augustinū: scūs Valeriꝰ inuitū p̄sbyteꝝ ordi
nauit. btūs Martinꝰ diaconatum a scō Hyla
rio ep̄o noluit acceptare: idignū se clamās ⁊ di
cens. ⁊ sic de alijs: quoꝝ inūerosam legimus
multitudinē. Quare igiꝫ cōcludamꝰ ꝙ oēs tā
rōnes q̄ꝫ auctoritates dicētes dignitates n̄ eē
appetēdas: de hijs itelligūtur q appetūt vt ꝑ/
sint: ⁊ n̄ vt ꝓsint. Cōcordāt btūs Tho. Ray.
Hostiē. ⁊ Goffre q̄re ⁊c̄. Tertiꝰ fructus
dr̄ remissiuꝰ. Cū. n. bonos vl plurimuꝫ mali
ꝑsequātur. iij. q. j. nulli dubiū. bōa cōsc̄ia rēit
tere oēs iiurias facit. Math. v. Dimitte no/
bis debita nr̄a: sicut ⁊ nos dimittimꝰ debitori
bus nr̄is. Et rōnē huiꝰ ꝑsecutiōis assignat do
minꝰ Joānis. xv. Si de mūdo inqt eētis: mū/
dus qđ suū ē diligeret. ꝓpterea odit vos mū/
dus: q2 nō estis đ hoc mundo ⁊c̄. Sed q̄riꝫ
an de ꝑsecutiōibꝰ debeat ꝑ scōs aliq̄ fieri vin/
dicta. Licet hic multa dicēda essent s̄m dn̄m
Gratianū. xxiij. q. iiij. ꝑ totū. Tn̄ breuiꝫ di/
co ꝙ si iiuria cedit in cōtumeliā dei ⁊ dedecus
ecclesie sc̄e: nō solū a scis: sed ēt ab oībus pote
statē iudiciariā hn̄tibus. oīs talis iniuria pēa
plectēda ē. Sed iiuria que in nr̄am ꝑsonam:
aut cōiūctarū reꝝ ꝟgiꝫ: ꝑ nullū vīdicāda est:
sed rēittēda vel dissimulāda. Audi Ambrosi
um. xxiij. q. iiij. si is: vbi dr̄. Si is q prela/
tus ē dn̄ico debitori culpas īpune dimittit nō
mediocriꝫ ꝑfecto offendit q debita celestis re
gis ⁊ dn̄i sua ꝑsūptiōe resoluit. Ea nāqꝫ: que
in nobis ꝯmittūꝫ facile possumꝰ dittē. Ea ꝟo
q̄ i deū sūt ꝯmissa cū magna discretiōe: nec tn̄
sine pn̄ia possumꝰ relaxare. hec ibi. Et addu
cit glo. caplm̄ si ca. cadē. q. ⁊ cā vbi sic dr̄. Si
ca đ qbꝰ vehemēter deꝰ offēdiꝫ insequi vel vlci
sci differimꝰ ad irascēdū: vtriqꝫ diuinitatis pati
entiā ꝓuocamꝰ. Nōne Archorfiliꝰ Thare ꝑ
terijt mādatuꝫ dn̄i. ⁊ sup oēm ppl'm israel ira
eiꝰ icubuit: ⁊ ille erat vnꝰ hō: atqꝫ vtinaꝫ solus
ꝑijsset i scelē suo. h ibi. ⁊ sūt ꝟba Augusti. et
hēnꝫ i historia Josue: vij. Et eađ glo. sup il
lo ꝟbo Ambro. possumꝰ dittē dicit. imo iiu/
riā nobis factā tenēur rēittē. iiuriā. i. rācorē
sꝫ iiuriā. i. satisfactionē iiurie n̄ tenēur: sꝫ pos/
sumꝰ di. xc. c. siqs ꝯtristatꝰ: vbi dr̄. Si qs cō
tristatꝰ noluerit recōciliari fr̄i suo satisfaciēte eo
q ꝯtristauit acerrimis macereꝫ iedijs. i. pēis:
vꝫ dū gratāti aīo satisfactionē recipiat. h ibi.
Et dic̄ ꝑdc̄a glo. ꝙ bn̄ fac̄ q iiuriā sibi factā ꝓ
seqꝫ. xlv. di. c. ⁊ q emēdat. ⁊ sūt ꝟba Aug. ī
euchcridiō. Sn̄ia illiꝰ capl'i ē: ꝙ tā is q rēit
tit iiuriā ꝓrio: q̄ꝫ q corripit: vterqꝫ m iam fac̄
vn̄ pꝰ ꝑdc̄a ꝟba imediate Grānꝰ subdit. §.
vnū dicēs. Sūt. n. mlta gn̄ā elynaꝝ: đ qbus
Albinꝰ ait. Tria sī gn̄ā elynaꝝ: vna corꝑalis
egēti dare qcqd potis. alia sp̄ūal': dimē a qᵒ le
sus fueris. tertia deliquētes corrigē. ⁊ errātes
i viā ducē ꝟitatᷝ. h ibi. Sꝫ dubitaꝛ videꝫ
ex his dictis huiꝰ capl': Et q emdat: ꝙ ēt ꝓꝑa
iiuria i qbꝰ hētur potestas vlcisci pōt: qđ vide
tur ꝯ caplm̄ de occidēdis. xxiij. q. v. vbi dr̄ ꝙ
ꝓ sua iiuria iudex n̄ đbet reū occidē. Et ꝯ ca
pitulū. xxiii. q. iiij. iter q̄relas: vbi dr̄: ꝙ pro
sua iiuria n̄ đbet ep̄s aliquē excōicare. Re
spōdeꝫ vt ibidē pꝫ i glo. sup dc̄o. c. ⁊ q emdat
ꝙ ꝓ ꝓꝑa iiuria pōt qlibꝫ potestatē hn̄s aliquē
pūire: dūmō hᵒ n̄ faciat aīo vlciscēdi. xlv. di.
seditionarios: sꝫ aut vt magis ticeaꝫ. xlv. dis.
c. i. aut cā corrigēdi: vt i eodē. c. q emēdat. sa
tis pꝫ. E hᵒ itelligit dūmō nō corrigat ex indi
gnatiōe: q̄re ⁊c̄. Ex his igr̄ pꝫ ꝙ pōt ad du
biū sic foral'r rn̄deri. ꝙ aut iiuria ē in dei cōtu
meliā ⁊ dedecꝰ sācte eccl'ie: ⁊ sic vindicta que/
renda ⁊ fienda ē vt hic in. c. si is. ⁊. c. si ca: so
aut iiuria respicit ꝑsonā ꝓpriā: ⁊ hoc dēpl'r:
aut iniuriatꝰ hꝫ potestatē in iniuriantē: ⁊ tunc
pōt: vt hic in. c. q emēdat. ⁊ in rn̄sione ad du
biū in oppositū. Si āt non hꝫ potestatē: tunc
n̄ licꝫ: vt hic. c. cū i lege. xxiij. q. iiij. Quar
tus fructꝰ dr̄ amatiuꝰ. Bona enim ꝯsc̄ia non

solū iniuriātib⁹ pcit: sed amare cogit. Math.
v. Diligite iimicos vros: bnfacite his q ode
rūt vos. Sed querit̄ an inimicos diligē de
beam⁹ affectu: idest volūtate tm̄: an effectu et
affectu. Vide if a feria sexta secūde dn̄ice i ẜa
cōsideratiōe cōclusiōe pma ad secūdam veri ta
tem· qre rc̄. Et hec sufficiāt p presenti con
clusione: quare rc̄.

De. iiij. alijs fructib⁹ bōe ɔsc̄ie ɔcl'o tertia.

Ecipe triā ɔcl'onē: vʒ. Bōa ɔscia di
a stribuit: vilē facit: sustiet: atʒ hitatio ē
spūs sācti. Vbi qtuor alij subdūtur
bone conscientie fructus: videlicet.

Primus dicitur distributiuus.
Secundus dicitur vilificatiuus.
Tertius dicitur supportatiuus.
Quartus dicitur habitatiuus.

Prim⁹ dicit̄ distributiu⁹. Tob. iiij. c. Si mł
tū tibi fuerit abūdāter tribue. si vo modicuʒ:
ēt illud modicū impt̄iri stude. O tu incōside
rate vite: q bona paupib⁹ eroganda accipiuri
bus: volucrib⁹ canib⁹: histrionibus: meretri
cibus: ⁊ ceteris vilib⁹ psonis distribuis. O
miser auare qd ď vino in celario: grano i hor
reo: ⁊ filib⁹ supfluis facis. Clamāt paupes:
nostrū ē quod iutiliter expēditis: qďqʒ supa/
būdāter retietis. Audite barbatū Hiero. in
suo trāsitu. Si vestimentū vel aliqd vltra ne
cessitatē possides: ⁊ paupi nō subueis: fur es
⁊ latro. Ambro. di. xlv. c. sicut hij: circa finē
ce. Neqʒ eni iqt min⁹ ē crimis p crim hn̄/
ti tollē: qʒ cū possis ⁊. dare ⁊ abūdās fueris i
digētib⁹ denegare. Esuriētiū eni pāis quem
tu detics: nudoꝝ vestimētuʒ qď tu recludis:
miseroꝝ ē redēptio ⁊ absolutio pecuniā: quā
tu i terrā ďfodis. Tātoꝝ g° te scias inadere
bona: qʒtis: idest quot possis pstare qď velis
idest velle debeas: h° ibi. Sʒ qrit̄ an exn̄s
i pcc̄o mortali possit p elemosynā a pēis infer
ni liberari. Et videt̄ ꝙ sic. Prio qr dr̄ Tob.
iiij. Elemosyna ab oi peccato aiam liberat: ⁊
non patit̄ aias ire in tenebras. Sed i h° nul/
la cōmēdatio eleosyne cēt: si illos tm̄ a tene/
bris eripet: q tenebraꝝ nō erāt ďbitores. ergo
ēt in pcc̄o mortali decedentes q tenebrarum
erāt ďbitores: a tenebris iferni liberat. Se
cūdo Ambro. sup illo vbo pma ad Thi. iiij
pietas ad oia valʒ: sic ait. Pietatē sequēs silu
bricū patiat̄ carnis: vapulabit qdē: sed n̄ peri
bit: hec ille. Sʒ h° ď lubrico vēiali itelligi nō
potest: aut ď mortali ď quo aliqs conteritur:
qm̄ ēt sine eleosynis p illa nō piret. ergo itel/
ligit̄ ď decedētib⁹ i mortali: ita ꝙ p el'ynā a pe
nis liberant̄ iferni. Sed certe aia cara istď
quod pbat̄ ē falsissimū: qm̄ null⁹ a pc̄is iferni
liberat̄ nisi p gr̄aʒ di. gr̄a eni di vita etna: ad
Ro. vj. sed ďcedēs i mortali di gr̄a caret. g°
nec p elemosynaʒ a pena iferni liberari pōt.
Itē cā pene iferna'ł ē culpa mortal'. manente
āt cā manet effectus. vn̄ cū a decedēte i morta
li nō possit vlterius culpa mortal' tolli: sic nec
a demonibus. qa ait Damascenus: ꝙ hoib⁹
mors est· demonib⁹ ē casus. Manifestum est
ꝙ p elemo synā per existentē in mortali factā
i vita: nec p aliū factā i morte: a penis inferni
nō poterit liberari. Ad pmū aūt argumen
tū i oppositū dico: ꝙ eo mō quo aliquis a pc̄to
mortali liberat̄ p elemosynā a pēis iferni libe
rat̄. Liberat āt el'yna a pc̄to mortali adhuc in
vie statu exn̄tē dupl'r: l' ipediēdo futuꝝ pecca/
tū: sic ⁊ alia meritoria opa: que i gr̄a hoieʒ cō
firmāt: vel a pterito liberādo iquātū. ⁊. cū dis/
ponit: q in peccatū icidit ad grām recuperādā
sicut ⁊ alia opa ď genere bonoꝝ recta itentiōe
fc̄ā. Ad illud āt Ambro. dico: ꝙ illud non
pibit nō est ẜʒ necessitatē itelligēdū de lubrico
mortali: sed ẜm quādā dispōnē: qr p h° ꝙ ope
ribus pietatis aliqs vacat i mortali exn̄s ad dei
gratiā se disponit: vt nō facile permittatur in
pditionē ire. Vel si itelligat̄ de veniali effica
cia el'yne i hoc ostēditur ꝙ pēa vapulatiōis p
cā diminuit̄: vel ipsū veniale ipedit̄: ne i mor
tale trahē possit. Hec pōit btūs Tho. i. 4. di.
xv. ar. ij. qre rc̄. Scďs fruct⁹ dr̄ vilificati/
uus. i. bōa ɔscia se vilē reputari fac̄. Luc. v.
Cū h fecerit is dicite ẜui inutiles sum⁹: ad phi
lip. 3. O ia arbitror vt stercora: vt xp̄ʒ lucri fa
ciā. O qʒ bōa pmutatio: pdere trena breuit̄
duratura: ⁊ acqrē celestia semp permansura.

Sʒ querit̄ qre sci sic seipsos viluerūt. Aia
mea lʒ plures cāe assignari possent: ista tn̄ ē p
cipua. ⁊. ardētissim⁹ amor dei: Luc. xij. Ignē
dicebat de⁹ vēi mittē i terram: ⁊ qd volo: nisi
vt ardeat rc̄. Tertius fruct⁹ dicitur suppor
tatiuus. idest fc̄ā cōscia p di amore oia sufferr̄
fac̄ ⁊ supportare. i. Corin. xiij. Charitas pati
ens ē: benigna ē. Math. v. Bti eritis cū ma
ledixerit vobis hoies: ⁊ psecuti vos fuerit ⁊
dixerit oē maluʒ aduersus vos mētiētes ppt̄
me gaudete ⁊ exultate: qm̄ merces vr̄a copio

sa ē in celis. Actuū. v. Ibāt apl'i gaudētes a
ↄspectu cōcilij: qm̄ digni hiti sunt ꝑ noīe Je
su ↄtuēliā pati. Sȝ q̄rit' vtrū pcutiēti vnam
marillā: alta sit ꝑbēda. Dico fȝ augu. i ep'la
de pucro cēturionis: ꝙ precepta patientie ma
gis ad ꝑparationē cordis q̄ȝ ad op⁹ exteri⁹ re
ferunt'. Vn̄ sic distiguēdū arbitror: ꝙ si pcus
sio i vnā marillā cedit i vtilitatē fidei ⁊ laudē
xp̄i q̄ztū ad ꝑmptitudinē ai exhibēda ē altera
nec resistendū ē malo: q2 ꝑsecutōib⁹ reg^m luc
tur et nū. Sȝ si n̄ cedēt i vtilitatē fidei aut lau
dem dī: nec i vtilitatē aiaꝝ: tūc nec m̄te: nec
ope ꝑbenda ē alt'a. Vn̄ xp̄s se pcutienti dixit
qd me cedis. Et Paul⁹ pcussus i facieȝ dixit
pcutiat te de⁹ ⁊c̄. Actuū. xxiij. q̄re ⁊c̄. Quar
tus ⁊ vltim⁹ bōe cōscie fruct⁹ dicit' hitatiu⁹. i.
in bōa ↄscia habitat sp̄ūs scūs. i. ad Corin: 3°
Tēplū dei scm̄ est qd̄ estis vos. Et. i. ad Cori.
vj. Nescitis ꝙ corpa vr̄a tēplū sīt sp̄ūs sācti. Tol
lens g^a m̄bra xp̄i: facies m̄bra meretricis. ps.
Dn̄s in tēplo scō suo: dn̄s in celo sedes ei⁹.
Sȝ q̄rit' q⁹tuplex est dei templū. Dico aia
mea gnālit' loq̄ndo ꝙ triplex est templū: vȝ: i
simū: mediū ⁊ supmū. Infimuȝ est h° matia
le. Jo. x. Ambulabat Jes⁹ in templū in porti
cu Salomōis. Et 2° regū vij°. Cardines ho
stioꝝ dom⁹ interioris sācti scōꝝ ⁊ hostioꝝ dom⁹
tēpli ex auro erāt ⁊c̄. Templū mediū triplex
ē. s. scā eccl'ia. ps. Suscepim⁹ de⁹ mīsicordiaȝ
tuā in medio tēpli tui. Item corpa nr̄a vt di/
ctū est s. Itē ⁊ aia nr̄a. ps. Dn̄s in tēplo scō
suo ⁊c̄. Tēplū supmū ē sil'r triplex. s. celestis
patria: ps. In tēplo ei⁹ oēs dicent gloriā. Et
Isaie. vj. Ea q̄ sub ipso erāt: replebāt tēpluȝ
Itē tēplū summū corp⁹ xp̄i ē. Jo. Soluite tē
plū h°: ⁊ in trib⁹ dieb⁹ excitabo illud. Ipse āt
dicebat de tēplo corpis sui. Iteȝ templū sup/
mū est Vgo gl'iosa. Eze. xliij. Et tu fili hois
ōn̄de domui israel templū. Apoc. xij. Aptuȝ
est templū dei in celo: idest reuelata Vgo ma
ria celesti lucifero: ⁊c̄. Et hec volo tibi aia
sufficiāt ꝑ p̄nti cōclusiōe. Faciem igit' tuam la
ua hic in presenti per gratiaȝ: ⁊ in futuro per
gloriam. Amen.

Feria quinta cinerum de oratiōe in gene/
rali ⁊ in sp̄āli. Sermo in ordine secūdus.

Accessit ad eum Cen/
turio:
rogans eum ⁊ dicens. Domine:
puer meus iacet in domo paraliti/
cus: ⁊ male torquetur. Mathei. viij. Infir
mus nanq; hodie sp̄ūs humanus: ⁊ ad bona
celestia sua natura inualidus: volens hodie
iuxta materiam ꝑcedentis s̄monis: lauationis
sue ꝑncipiū inuenire: tot. paliticus. i. totus tre/
mulent⁹. i. diuina gr̄a ꝑ culpā ꝑcedentē desti
tut⁹: ⁊ male torquet'. i. acrit' torquet' stimulo re
mordentis ↄscie. Et iō cū Centuriōe. i. cū rōe
supiori: que semꝑ ad optima depcat': xp̄ȝ glo
riosum: a q° omnis gr̄a venit: fideliter orat:
vt euȝ curare per gratiā veiat. Quare d' orati
one tres hodie videam⁹ ↄclusiōes. vȝ.
Orationis cōgruā necessitatem.
Orationis condignam qualitatem.
Orationis vberrimā fructuositatem.
De q̄ddita te orōis ⁊ d' ei⁹ necītate: ↄside. ꝑ^a.
Ratiōis ꝑmo cōgruā necessitateȝ vi
deam⁹. Vbi tres ↄclusiōes more so/
lito faciam⁹. vȝ. Prima ↄclusio est
ista. Oratio ē q̄dā oris rō: ꝑ quā deo nr̄i cor/
dis intima māifestamus. Secunda cōcl'o
ē ista. Sol⁹ de⁹ cui ꝑꝓuȝ ē semꝑ miseri ⁊ pcer
est orād⁹. Celi Vo sācti. q ꝑ nob ad deū inter
pellāt tm̄mō sīt depcādi. Tertia cōclusio est
ista. Diuini lȝ oculi sole sint lucidiores: n riqȝ
cordis intima penetrēt: iusta tm̄ causa si ab eo
gratiā vllā volum⁹. opȝ nos illū orare.
Q oratio est actus rōnis. Cōclusio ꝑma.
Capē ꝑmā ↄclonē. Pro cui⁹ decla
ratiōe notanda sūt tria. vȝ. Primo
notādū est ꝙ oratio nō est act⁹ oris: ni
si instr'ālit': ꝓprie āt est act⁹ ipsius rōnis: vt di
cit btūs Tho. in. iiij. di. xv. Vn̄ dicit ipse: ora
tio ex vi sui nois exp̄ssionē: māifestatiōemq;
alicui⁹ act⁹ rōnis ꝑ officiuȝ nostri oris signifi/
cat. Vn̄ rō nostra dictat volūtati: qd petendū
sit. Et ꝑ officiū oris māifestam⁹: qd diuia vo
lūtas petendū impauit. Inde glo. sup illo V
bo ꝓphe. Exaudi de⁹ orōnē meā sic ait. Orō
ē qn̄ vota nostra deo pādim⁹. i. māifestamus
Secūdo nōndū s̄m btūm Tho. ibidem ꝙ
rō hȝ duos ꝑncipales act⁹. Vn⁹ dicit' ↄpōere
⁊ diuidē. aliud discurrē de vno in aliud note
scendi cā: idest māifestādi vel declarādi aliq̄d
Tūc q̄dē rō cōponit ⁊ diuidit qn̄ ex terminis
plurib⁹ aliquod totū facit: vt cognitis istis tri
bus terminis: sortes: plato: ⁊ lego: rō iuiceȝ
ↄpōere ista pōt: vt dicendo: sortes legit plato
nē. Vel diuidē dicēs: sortes nō legit platonē
Et iste actus rōnis exꝑmitur ꝑ orationem de

qua p° piarmenias Ar.dicit. Est āt qdez oīs
oro significatia nō sic instrm.i.nō est signifi
catiua sm nām: sed ad placitū. ꝛ de hac orone
nō est ad pñs smo. Scdus actus rōnis est
discurrere d' vno in aliud notescēdi cā. quēad
modū dicim⁹ silogisinū eē oronem. Et sic oro
practice loquēdo, p quadā dicaria siue narra/
tione accipit: q̄ per plures orones acceptas p
mo mō aliqua narrādo discurrim⁹: eo modo
quo apud rhetores in oronib⁹ ꝛ narrationib⁹
suis dici solet. Vos iudices critis. s. eoꝝ que
dicturi sum⁹. Et de hac oratione est ad presēs
sermo. Nam dum mente quedam nobis ne/
cessaria peruoluimus: ꝛ illa habere optam⁹
deo omnipotenti veluti iudici nostro: q nro/
rum actuū curā habet: petitionem ꝛ oronem
nostrā dirigimus cui postulam⁹ qd' volumus
Hinc recte sanct⁹ ille Damascen⁹ ait. Oro
est decentiū petitio a deo. Tertio notandū
ꝙ quandoqꝫ actus rōnis actum voluntatis p
cedit: aliquādo subsequit. Precedit qdē quā
do p cōsiliū rimat: qd per volūtatē elici opor/
teat. Electio eni sequtur iudiciū ratiōis in agē
dis. iij. ethi. Electio ē appetitus preconsiliati
Tunc vero subsequitur voluntatem quando
per imperium voluntatis vnicuiqꝫ instrumē
to corporis: ꝛ ipsa ratio ordinat quid agēduꝫ
sit. Ordinat autem sic: vt cuꝫ verba format vt
fac sic vel sic: ꝛ mēbra obtemperāt. Nec soluꝫ
hoc in corporalib⁹ mēbris veritatē habet: ve
rū in oibus viribus aie: q₂ regulat rō omnes
aie vires ad hoc fiendū vel nō fiendū. Et nō
soluꝫ aie vires: sed ꝛ hoīes ad alicuius opis i
tenti executionē ordinat ꝛ disponit. Vnd' hec
regula gñalis concludat. vꝫ qñ rō instrumen
ta que in nostra sunt potestate opi applicat: ta
lis applicatio impiuꝫ dicit. Si vero non sunt
in potestate nostra: tūc talis applicatio aliquā
do petitio: aliquādo deprecatio dicitur. Tunc
enim petitio ē quādo amicos q nec supra nos
sunt: nec maioris dignitatis q̄ꝫ nos quicquaꝫ
nobis fiendū vel non fiendū postulam⁹. De
precatio vero qñ aliquos supra nos ꝛ maiorꝭ
dignitatis q̄ꝫ nos: aliqd fiendū. vel nō fiēduꝫ
cratiuam habentia ē corpus xp̄i. ꝛ imediate an
te predicta verba non erat corpus xp̄i. ġ ibi est
aliqua mutatio. ꝙ autem fit instantanea ꝓba

tur maioris ỽtutis est potetia increata q̃z cre/
ata: sz sol ꝓducit formaz luminis in medio sci
licet in acre in instanti: ut patet secūdo de ani/
ma per philosophum contra Empedoclem: ꝛ
supra ostensum est in prima dominica. Et ra/
tio ē. qꝛ nihil ē repugnans tali forme presente
sole. ġ a fortiori potentior erit deus in hac be/
nedicta conuersione: cuius nutui omnis sub/
ditur creatura: ut stati fiat substantia panis xp̄i
corp us. Ubi accipe hanc regulam generalez
q⁹ quecūqz deus sine creatura operatur: p̄ser/
tim cum modum naturalem non seruat opera
tur in inbanti. Cum autem hoc modum natu
re nō seruet. quia p̄ncipia nature trāsmutat. s.
materiam panis: quā oportet manere. ut dr̄ p̄
phicoꝝ. seqtur ꝙ hec conuersio subita erit mu
tatio ꝛ nō instantanea. Sed cōtra patet Am/
brosi. impossibile ē esse in eodē instāti aliqd qđ
sit panis ꝛ corpus xp̄i. ergo nō est idē instās i
q̊ fit corpus xp̄i ꝛ panis. sed inter quecunqz in
stātia ē tp̄s mediū: ut pz. vi. phicoꝝ. ġ conuer
sio hec panis in corp⁹ xp̄i erit successiua. ꝛ non
subita. Itē tuipse dicis ꝙ i hac ꝯuersiōe aliqd
ē nūc tale qđ p̄us non fuit: sz vbicūqz ē p̄us ꝛ
posteri⁹ hoc mō ibi erat tp̄s. ꝛ p ꝯn̄s successio.
Itē ex vi verboꝝ fit talis ꝯuersio: vt dicis ꝛ ē
rei ỽitas: sed verba successiue ꝓferuntur ġ ꝛ ē
Aia mea tāgis nō ꝑuā difficultatē: oportēt cer
te multa declarare: qm̄ de h̄ instanti diuersi di
uersa dixerūt. Quidā dicūt ꝙ est vnū instās ꝑz
rē differēs tm̄ rōne. Quidā ꝙ h̄ ꝯuersio nō sb̄
ditur motui celi: ꝛ p ꝯn̄s nec tp̄i. ꝛ sic multi mꝉ
ta ꝯfirmāt. ꝛ int ceteros docto. xp̄i btūs Tho. i
4°. di. xi. ꝑoptime hanc mām tangit: ꝛ p̄dicto
rū dicta ꝯfutat. Iō ei⁹ dicta colligam⁹. Ait. n.
sic. ꝙ in hac bn̄dicta ꝯuersiōe nō est dare vlti/
mū instās: sed bn̄ vltimū tp̄s in q̊ est panis. Et
ponit hāc regulā ꝙ inter tp̄s ꝛ instans nō nc̄io
cadit tp̄s mediuz sicut cadit inter duo istantia.
Et rō est qm̄ phs. 8. phisi. dic̄ ꝙ qn̄ ex albo fit
nigrū: in toto mensurante motū alterationis:
erat albū: sed in vltio instāti illi⁹ tpis est nigrū
ex q̊ sequitur ꝙ nō est dicendū neqz danduz ꝙ
in vltimo toto illo tp̄e fit albū: sed in toto tp̄e p̄
ter vltimū nūc itli⁹ tpis. Et qꝛ añ vltimū nunc
alic⁹ tpis nō est accipe penultimū: sicut nz ante
vltimū linee punctū penultimū. iō nō est acci/
pere vltimū instās in quo erat albū: sed vltimū
tp̄s. Et silr est de alijs mutationibusque sunt
termini motus. sicut generatio ē temin⁹ altatio

nis. Nã cũ ex aere fit ignis: i toto tpe pcedẽti
alterationis erat aer pter vltimũ instans in q̊
ẽ ignis. Et silr est in illuminatiõe respectu mo
tus localis. Mõ ad ppositũ cũ hec bñdicta cõ
uersio sit terminus cuiusdã motus. s. platõis
vboꝝ: in tota tpe pcedẽte erat panis pter vlti
mũ instans i q̃ erat corpus xpi: qr pz rñsio ad
pmũ. Ad aliud dico q ad hanc ꝯuersionez
nõ ptinet nisi illud nũc in q̊ desinit eẽ panis ꝛ i
cipit ee corpus xpi: sz illud pmũ ptinet ad totũ
tps pcedens qd mensurabat totã vboꝝ plati
onẽ q̃ q̊dãmõ hanc efficit ꝯuersionẽ. Nã sicut
dcm̃ ẽ int sbam panis ꝛ sbam corpis xpi nõ ẽ
accipe aliqd mediũ qd magis ppinquũ sit cor
pi xpi q̃z sbe panis. Ad aliud dico q muta
tio hec est in instãti: sz motus pcedens ẽ in tpe
ꝛ dco vba pdicta efficatiã nõ hñt nisi in vltio
instanti. Ista aia mea sunt valde subtilia. acci
pe tñ necesse ẽ hanc doctrinã ppter pfectionẽ
mãe pñtis. qr ꝛc̃. Qntum ad tertiã dico q q̃t
tuor sunt i h sacro credenda. Pº credenduz
ẽ q ex vi vboꝝ ibi sit verũ corp9 xpi: qr vba
ꝯsecrationis de corpe faciunt mentionẽ. Se
cũdo q ibi ẽ sanguis xpi ex concomitãtia ime
diata: qr sanguis imediate disponit corpus ad
vitã. Tertio q ibi ẽ aia ex cõcomitatia ppin
q̃: qr lz aia nõ viuificet nisi sanguie mediãte tñ
qr ẽ forma pficiens corp9: ꝛ ad candẽ nãm p
tinẽs: iõ ipa cõcomitat corpus ex cõcomitãtia
ppinqua. Quarto q ibi ẽ deitas ex cõcomi
tantia remota: qr lz deitas cũ trib9 pcedentibus
vnũ faciat suppositũ: tñ qr nõ ptinet ad candẽ
nãm. iõ cõcomitat pdicta tria ex ꝯcomitãtia re
mota. Silr ꝛ de calice dicat suo mõ: vt q pri/
mo ibi sit sanguis: qr vba cõsecratiõis solũ d
sanguine faciũt mentionẽ. Scdo q ibi sit cor
pus ex cõcomitantia imediata: qr corp9 ẽ ime
diatũ sanguis receptaculum. Tertio q ibi sit
aia ex cõcomitantia ppinq̃: qr ad candẽ nãm
ptinet. Quarto q ibi sit diuinitas ex cõcomi
tantia remota: qr ptinet ad idẽ suppositũ. Ex
his aliqua correlaria ꝯcludam9. Pº enim
ex his dictis seqt q pplus cõicans in die sacto
pasce vel alio tpe: lz vinũ nõ ꝯsecratũ post cor
pis xpi sũptionẽ sũmat: nõ tñ seqt q corp9 sine
sanguine sũmat: qm̃ cõcomitat corp9: vt dctm̃
ẽ. Sed q̃re pr Amb. sacerdotes corpus ꝛ san
guinẽ distinctis modis sũmũt. Certe aia cara
h ideo faciũt: qr cũ xpi locũ i tris teneant. ritũ
xpi in cena datũ cũ sacerdotes instituti sũt suant

qui pmo panẽ in sui veꝝ corp9. deĩ vinũ i sui
sanguis vitatẽ ꝯsecrauit. vñ posito q sacerdos
cõicaret se vt psonã puatã. vtputa in ifirmitate
tũc ei dat sacrm sic ꝛ laicis q̃re ꝛc̃. 2º ex supra
dictis seqt q si btũs Petr9 in triduo mortis xpi
missã celebrassz: cũ in cena silr cũ alijs fuerit sa/
cerdos ordinat9: i hostia p eũ ꝯsecrata duo tñ
credita fuissent. s. corp9 ꝛ dinitas ꝛ nõ aia qr in
triduo ille vere fuit mortu9: ꝛ p ꝯñs illi nõ ꝯco
mitabat. Silr nec sanguis q effusus erat super
trã. corpe in sepulchro ꝛ aia in inferno exñtib9
Et iõ cũ sanguis ꝛ aia nõ sint in corpe nisi p cõ
comitantiã: vt dictũ ẽ: necẽ est ꝯcedẽ q tũc i ho
stia ꝯsecrata p Petꝝ aia ꝛ sanguis nõ fuissent
Quare ãt dinitas ibi tñ cũ corpe credita eẽt: ẽ
qr ipa nũq̃z fuit a corpe xpi sepata: vt ẽ cõis the
ologia. ꝛ iõ ipa ex ꝯcomitãtia ibi fuissz. 3º seq
tur q si btũs Jacob9 qui primo missã ordiauit
in illo triduo celebrasset: in calice nõ fuisset nisi
sanguis. qr nõ corp9 cũ eẽt ab illo in illo triduo
sepatum. similiter nec anima cadem ratione. si
militer nec diuinitas. qr non fuit deitas ita vni
ta sanguini sicut ꝛ carni: qr non remansit cõica
tio idiomatũ que prouenit ex tali vnione. vt ha
betur primo de trinit. Non enim erat verum
dicere sanguine xpi fuso hic vel iste sanguis est
deus: sicut dicim9 de corpe eius deum esse se/
pultum ꝛ non in cruce remãsisse sicut reman/
sit sanguis. Et ratio est qr corpus est pars prin
cipalis hominis ꝛ nõ sanguis. q̃re ꝛc̃. Ista eti
am duo correlaria ponit Franciscus maronis
in sermone corporis christi. s. memoriam fecit
ꝛ cetera. Et sic patet ista conclusio.

Qnta mira res res sit ꝯuersio sacri. Cõ. 2
Ecipe scdam ꝯclonem. vz. Quis dei
opa ꝛc̃. dic totã. vbi tres ingram9 ve.
Prima ve. est ista. Utrum hec be/
nedicta ꝯuersio sit miraculosior oĩbus mirabi
libus dei: 2ª ve. est. Quot sunt mirabilia hu
ius benedicte conuersionis. 3ª ve. est. Quã
tum sit meritum huius benedicte conuersiõis
Qntum ad primum dico q tres sunt pmari
me miraculose. s. creatio mũdi. incarnatio ver
bi dei. ꝛ hec benedicta ꝯuersio. Duo prima iõ
sunt miraculosissima ꝛ mirabiliss.ma. qr dei oĩ
potentia vsq̃z ad variatõem materie pertingit
que in oĩbus nãlibus mutatiõibus debet eẽ su
biectũ ꝛ semp pmanere ꝛ nõ corrumpi cum sit
ingnãbilis ꝛ incorruptibilis p̊ phisicorum. Et
magis miraculosũ. 2 est creatio q̃z hec benedicta

conuersio quantū ad hoc. qm̄ ꝑ creationē sb̄a
⁊ eēncia matie accipit eē simpliciť: sed ꝑ hanc
conuersionē sb̄a matie in altius matie subam
conuertiť: sed īcarnatio miraculosioꝛ ē si mu-
tatio illa consideretur ex ꝑte eius ad qd̄ ē muta-
tio. Quid eni mirabilius q̄z ꝙ deus hō fieret
⁊ hō deus: non ꝙ nā dei i nām hoīs conuer-
teretur: sicut fit in hac bn̄dicta mutatōe panis in
corpus xp̄i: ⁊ vini in sanguinē: sz ꝙ ꝑsona ꝟ-
bi dei q̄ ab eťno fuit hipostasis diuine naťe fcā
sit hipostasis humane naťe in tp̄e. Si autem
hec benedicta conuersio consideretur q̄ztum ad
eius cognitionē nālem: tunc ipsa ē miraculo-
sioꝛ oī alia mutatione. qm̄ intellectus nr̄ consi
derans in hac benedicta mutatione ex aliquo
aliqd fieri preter modum aliarum mutationū
nāliū difficilius illi assentit: q̄re ⁊c̄. Q̄tū ad
t'ām ve. dico ꝙ nouē sit inť cetera huius bn̄di
cti sacramenti mirabilia vz. celeritatis stabili
tatis sodalitatis subiectiuitatis cōꝑuabilitatis
vnibilitatis incorruptibilitatis conuertibilita
tis ⁊ diuine permiscibilitatis. Accipe ꝑmū
mirabile qd̄ dr̄ celeritatis. Vbi hanc accipe re
gulā ꝙ ꝓlatis a sacerdote sacramenta talibus
ꝟbis: tanta ibi diuīa habeť potentia: vt mox
panis ille eadē ipsa caro xp̄i Jesu: que in ara
crucis extitit imolata efficiatur. Et lz aīa cara de
hoc supra dictū sit in ꝑte: tn̄ ꝑ huius regle nr̄e
fundamento diligent̄ nota ꝙ sacerdos in hoc
conficiendo sacro: nō suis sz ꝟmonibus vtitur
xp̄i. Hoc fundamentū habeť de ꝯse. disti. ii. c.
panis. vbi dicit sic tex. Vbi sacrm̄ conficiť iaz
nō suis ꝟmonibꝰ sacerdos: sz vtiť ꝟmonibus
xp̄i: ḡ ꝟmo xp̄i hoc efficit sacramentū vt sic qd̄
erat ante ꝯsecrationē panis post consecratiōez
xp̄s vere marie filius fiat. Hoc ꝓsupposito
nr̄am regulā tibi ꝓbo auct̄e: rōne ⁊ exemplo
Auct̄e qdem ꝓ decre. extra ď sum. tri. c. fir-
miter credimꝰ. vbi quasi circa finē capl̄i sic ad
lr̄am dr̄ in. §. vna. Vna inqt ē vl̄is fidelium
ecclesia: extra quā nullus oīno saluať: in q̄ ipe
idē sacerdos ē sacrif ciū Jesus xp̄s. Cuiꝰ cor-
pus ⁊ sanguis in sacro altaris sub spēbus pa-
nis ⁊ vini veracit̄ continetur: trāsubstantiať pa
ne in corpus ⁊ vino in sanguinē potestate di-
uina: h ibi. Jtē scd̄o ꝓbaf auct̄e decretoꝝ.
Audi Aug. in. q. i. c. detrahe. Detrahe inqt
ꝟbū ab el'o qd est nisi aqua: accidit ꝟbum ad
el'm ⁊ fit sacrm̄: h ē verbū dei. Et de. ꝯse. disi.
ii. idē ait. Hoc ē inqt qd̄ oībus modis ꝓbare
ꝯtendimꝰ sacrificiū ecclesie ex duobꝰ cōstare: s.
visibili eloꝝ spē: ⁊ inuisibili carne xp̄i ⁊ sāgui
ne: sicut ꝑsona xp̄i constat ex deo ⁊ hoīe. h ille
Jtē Amb. de ꝯse. di. ii. Panem inquit istum
quē sumimus in ministerio: vtiqz illū itelligo
q manu spūs sancti formatus ē i vtō virginis
⁊ in igne passiōis decoctus in ara crucis. Pa
nis eni āgeloꝝ factꝰ ē cibꝰ hoīs. Jgiť magnū
atqz pauendū ē mysteriū: q2 aliud vr̄ ⁊ aliud i
telligiť figura panis ⁊ vini vr̄: ⁊ faciente dn̄o
corpus ⁊ sanguis xp̄i intelligiť hec ille. Jtē
tertio ꝓbatur auct̄e magistri in. 4. dist. xi. c. ꝓ
quod incipit. si aūt queriť. vbi ad lr̄am sic dr̄.
Si autem queriť qualis sit illa cōuersio an for
malis: an subalis: vel alterius generis: diffi-
nire non sufficio: formalē tn̄ nō eē cognosco:
q2 species que ante fuerunt remanent ⁊ sapor
⁊ pondus. Quibusdā vr̄ subalis: dicentibus
sic subam conuerti in subam: vt hec essentialiť
fiat illa. hec ibi. Et declarando subsequenti di
cit sic. Non eadem ratione dr̄ confici corpus
xp̄i ꝟbo celesti ꝙ ipsuz corpus in conceptu ꝟ-
ginis formatū: deinceps formeť: sed q2 sb̄a pa
nis ⁊ vini que antea non fuerunt corpus vl' sā
guis verbo celesti fiat corpus ⁊ sanguis. h ibi
Jtē qd plures auct̄es q̄rimus. Audi xp̄m
Jo. 6. Caro mea vere ē cibus: ⁊ sanguis me
us vere ē potus. q manducat meā carnē ⁊ bi-
bit meū san. ⁊c̄. Jnde Eusebiꝰ ⁊ poniť de cō-
se. di. ii. c. q2 corpus. paꝝ post ꝑnm̄ sic ait. Re-
cedat ergo oē infidelitatis ambiguū: q2 qdem
q auctoꝛ ē muneris ipse ē testis ꝟitatis: quia
ait caro mea ⁊c̄. hec ibi. Scd̄o hec nr̄a regu
la ꝓbaf rōne: ⁊ ꝓ sic. Sūma veritas falli non
pōt: sz xp̄s ē sūma veritas: ergo falli non pōt:
ꝯna nota cū maioꝛi: qm̄ si fallere vel falli possz
iā sūma nō esset. minoꝛ ꝓbaf. Jo. 6. Ego suz
via veritas ⁊ vita: ergo nec fallere nec falli po
test. Sed ipse ꝓꝓo oꝛe ait. Caro mea vera est
cibus ⁊c̄. Jtē scd̄o sic. Ois xp̄ianus ꝙ sa-
crosancta ecclesia catholica sentit sentire obli-
gaf: sed ecclesia hoc sentit: vt patuit in auctori
bus allegatis: ergo ⁊c̄. Et ꝯfirmaf hec minoꝛ
extra de here. c. ad abolendā. vbi dr̄ sic. Ad
abolendā. ⁊ infra. Vniuersos q de sacro cor-
poris ⁊ sanguinis domini nr̄i Jesu xp̄i: vel ď
baptismate seu peccatoꝝ cōfessione: matrimo
nio: vel reliquis ecclesiasticis sacris: aliť sentiř
vel docere non metuerint q̄z sacrosācta roma
na ecclesia predicat ⁊ obseruat. Et gnālit quos-

cuiusqꝫ eadem romana ecclesiā: vel singuli epi
p dioceses suas cum cōcilio clericoꝝ: vł cleri/
ci ipsi sede vacante cū ꝯsilio si oportuerit vici/
noꝝ epoꝝ hereticos indicauerint vinculo p/
petuo anathematis inodamus: ħ ibi vsqꝫ ad
pmū sequentē. §. ğ ex hoc sequit̃ ꝙ alit̃ de hoc
sacro sentiens q̄ꝫ sentiendum sit est hereticus
Tertio arguitur sic. Et est ratio magistri i
4. distinc. x. Si tanta inquit vis est in ſmoni
bus dei vt incipiant que non erant: quāto for
tius mutare potest quod erat. In pncipio eni
mundū ex nulla preiacente materia creauit: ſꝫ
solo verbo: cur ergo non poterit aliquid i ali
ud ꝯuertere. maius eni ē de nihilo aliqd face/
re q̄ꝫ de aliquo aliquid: sed in pma creatione ꝺ
nihilo aliquid fecit: ergo a fortiori panē in car
nē ⁊ vinū in sanguinē poterit cōmutare. Au/
di ꝟba mgr̄i. De tribus inqt operib⁹ mūdi le
git̃: qꝛ ipse dixit ⁊ facta sunt ⁊c̄. Sermo igit̃ q̄
potuit ex nihilo facere qꝺ non erat: nō pōt ea q̄
sunt ad id mutare qꝺ nō erat. Nō eni ē min⁹
dare q̄ꝫ mutare nouas creaturas rebus: ħ ille
⁊ eandē sniam per alia verba in eodem caplo
cōfirmat. Et he rōnes sufficiāt q̄ꝫtū ad pn̄s.
Vis tn̄ aliā bonāꝫ rōnem eiusdeꝫ mgr̄i. audi
qd dicat. Si tm̄ inqt valuit ſmo Helie vt ig/
nē de celo deponeret: non valebit tm̄ ſmo xpi
vt subas mutet. hec ille. Tertio hec nr̄a re/
gula pbat̃ ex⁹. Et p̊ exemplis nālibus. 2°
supnālibus. 3° artificialibus. Tria ad pn̄s
accipe exempla nālia. Primū ē ꝺ calor̃ nā
li. Nā si nā naturata vt loquar more scoti pōt
vnā subam in aliā conuertere q̄ꝫtomagis nā
naturans. Dic qso. Nōne deus aialib⁹ cūctꝭ
ꝟtutē caloris nālis dedit q̄ ꝯtinue in humidū
agit naturale. qꝺ nisi per hūidū cibale restau/
raret: corpus penitus inuret: vt pꝫ. 2. de aia
c. de alimento. Indiget eni qꝺlibet aiale ali/
mēto extrinseco. Accipe igit̃ tu panē ⁊ come
de. Nōne calor nālis illū in carnē ⁊ ossa con/
uertet. Accipe vinū ⁊ bibe: nōne i fili mō tuū
sanguinē mutabit: qs de ħ dubitat: experientia
docet id indies fieri: q̄re ergo id facere posse di
uinā nām negabimus. Itē nōne mirabili na
turali artificio natura ſbam vnius oui vł plu/
riū in diuersam auiū ſbam cōmutat. Itē apes
nōne occulto nature mysterio flores in cere ⁊
mellis nām ꝯuertunt: Itē adde ꝙ nā ex pul/
uere pulices: ⁊ ex sudore aialis diuersa gene/
rat aialia. Ista sufficiant ex pte nāe. Acci/
pe supnaturalia exempla. nōne de⁹ ex virili co/
stā Euā subito formauit. nōne Loth vxorē p/
pter inobedientiā de⁹ i statuā salis conuertit:
⁊ virgā Moyses in serpentē ⁊ co⁹ eadē ꝟtu
te conuertit. Et alia plura possunt adduci exē/
pla que ponit gloriosus Amb. lib. de sacramē
tis. ⁊ notant̃ de conse. di. 2. c. reuera. Tertio
ħ patet exemplo artificiali. nā vitrifex cinereꝫ
alumenqꝫ suū in lucidū notabileqꝫ vitrū mu/
tat. Quāobrē multomagis ſmo xpi panē i su
um corp⁹ ⁊ vinū in sanguinē suuꝫ cōmutabit.
Audi Ecc̄. 8. c. Sermo illius potestate plen⁹
nec dicere ei quisqꝫ potest: quare ita facis. In
de Eusebius ⁊ notat̃ de conse. di. 2. Inuisibi
lis sacerdos. s. xp̄s visibiles creaturas i ſbam
corporis ⁊ sanguinis in ꝟbo suo secreta ptā/
te cōmutat: hec ille. Et hec tibi aia sufficiā: q̄ꝫ
tū admirabile pmū. Accipe ſꝫ mirabile. s.
stabilitatis. Vbi hanc regulā accipe: ꝙ q̄ꝫuis
totū xpi corp⁹ finita a sacerdote debita ꝟboꝝ
forma sit in q̄libet hostia vbicūqꝫ consecrat̃: ⁊
quotiēscūqꝫ: tn̄ n̄ ē sic ibi vt celū deſat. Ad cu
ius decla. tria aia mea nota. Primo enim
nota ꝙ de rōne dei ē ꝙ sit vbiqꝫ: hoc satꝭ in su
perioribus declarauim⁹. Scꝺo nota ꝙ lꝫ de⁹
sit vbiqꝫ. singulari tn̄ modo ē in tribus locis
s. in celo empyreo per glorificationē: in aia iu
sti p grē sanctificationē: ⁊ in ecclesia catholica
p singularē repsentationē. De istis trib⁹ vide
sup̄ feria ſa quarte dn̄ice in pma cōcłone. vbi
bene de hoc. Tertio nota ꝙ xp̄o nō cōpetit
vbiqꝫ eē p ⁊ principalit̃ per humanitatē: sed p
diuinitatem ⁊ concomitanter per humanitatē
qꝛ ex quo verbū factū ē nō fuit instans in quo
eēt xp̄s hō: ⁊ non deus: vt ē snia mgr̄i in. 3. di
stin. 2. in fine. ⁊ oīuꝫ theologoꝝ. Audi mgr̄m
⁊ adducit Aug. li. ꝺ trini. Nō aūt in vtero inqt
ꝟgis pus caro cōcepta est: ⁊ postmodū diui/
nitas venit in carnē: ſꝫ mox vt verbū venit in
vterū ſuata ꝟitate ppie nature factū ē caro:
⁊ pfectus hō. i. in ꝟitate carnis ⁊ aie natus ē
hec ille. Ex quo sequit̃ ꝙ cū illa diuinitas illi
humanitati sit inseperabiliter vnita: ⁊ diuini/
tati cōpetat esse vbiqꝫ: vt oñsū ē ꝙ ⁊ hūanitas
erit vbiqꝫ. Qꝺ vt veri⁹ credas his sic psuppo
sitis probo auctoritate rōne ⁊ exemplo. Au/
ctoritate sic. Audi Origenē sup Mat. Dei i
qt filius veniens in ꝟginē tot⁹ remāsit apud
patrē: vt nō dimidius esset apud eū ⁊ dimidi⁹
apud ꝟginē: sicut ꝟitas quā mente ꝯcipim⁹.

cũ eã dicimus tota remanet apud nos: ꝛ tota
tñ sit in discentẽ: h ille. Sed totus xp̃s est in h
sacr̃o vt ꝟitas in aĩa: vt dicit Franciscus ma
ronis in ſmone corp̃is xp̃i: g ꝛc̃. Sc̃do hoc
baẗ rõne: q̃nto aliqd diuinius ẽ: tanto cõius.
sed natura diuina vnita hũane ẽ qd diuinissi/
mũ: g cõissimũ. q̃re ꝛc̃. Tertio ꝓbaẗ exem/
plo. Nã btũs Amb. in obitu bti Martini in
terfuit ꝛ sepeliuit eũ: nec tñ a Mediolano dis/
cessit. Nec hoc tibi ipossibile videaẗ. qm̃ vnũ
corpus eẽ i plurib⁹ locis nõ est aliud nisi hr̃e
plura vbi simul. qd̃ nõ vr̃ repugnare ꝟitati:
cũ diuersi respectus eiusdẽ rõnis possint simẗ
eẽ in eodẽ fundamento: vt pꝫ ď similitudini/
bus. Itẽ dari põt exemplũ de Heliseo q p̃e
sens fuit qñ Giezi accepit munera a Naam
siro: nec tñ a sua habitatione discessit. 4. Re.
5. Hoc etiã clarius pꝫ in seq̃ntibus mirabili/
bus: q̃re ꝛc̃. Accipe tertiũ mirabile. s. soda
litatis. vbi accipe regulã hanc. Qꝫ gloriosus
xp̃s lꝫ in h sacr̃o oculis corp̃is nõ videaẗ: tñ ñ
ita ibi ẽ vt solus habeaẗ. Ad cui⁹ declarationẽ
sia nota ꝙ cõiter q̃ttuor pulcherrimas societa
tes ad xp̃i sociandũ asserũt in hoc sacramento

Prima est sancta trinitas: qm̃ sicut opa tri
nitatis ab extra sũt indiuisa ꝑ Aug. ď trinitate
ꝛ de cõse. disti. 3. c. oẽs quos legere potui ꝛc̃.
Ita etiã localis p̃ntialitas. ꝑ Amb. de circũci/
sione ꝑsonaꝝ loq̃ntẽ. Secũda societas est
omniũ angelorũ ꝛ oium spirituũ beatorũ. Au
di Greg. in homelia pascali allegatũ a magi/
stro. in. 4. sniaꝝ. Quis inq̃t fideliũ hr̃e dubiuꝫ
possit in ipsa imolationis hora ad sacerdotis
vocẽ celos aperiri: ꝛ in ipo dino misterio an/
geloꝝ choros adesse: sũma ꝛ ima sociari: qua
si dicat nullus. Tertia societas est oium aia
rũ sanctarũ. An tibi aia ambiguũ ẽ ꝙ sctẽ ille
aĩe que xp̃m tp̃e passionis ad crucẽ tanto cum
dolore sociarũt: ꝛ in penarũ tanta amaritudie
in tanto honore ꝛ letitia sui corp̃is glorificati i
hoc benedicto sacr̃o non associent. Quarta
societas ẽ virginis gloriose cũ grandi ꝟginũ
cetu. Apoc̃. 14. Hi sunt q cũ mulieribus non
sunt coinquinati. ꝟgines enim sunt: ꝛ sequũ
tur agnũ quocũqꝫ ierit. Et tu aia mea q̃ntam
facies die veneris ꝓrimi societatẽ: ꝛ die sãcto
pasce hilariter in domo tua suscipe. O inges
pr̃ Amb. totiẽs eleuari vidi hoc dignissimuꝫ
corpus: ꝛ nũqꝫ hãc quã dicis vidi societatem.
Audi silem q̃õnẽ a Petro discipulo. Greg.
eidẽ ꝓpositã. Nunqd inq̃t Grego. in dialo
go: q2 aiam meã nõ vides me exanimẽ eẽ cre
dis: quasi dicat aiam in corpore existere ex acti
bus corporis quos cernim⁹. qm̃ ipsa ẽ q̊ viui
mus mouemur ꝛ intelligim⁹: vt p̃hs ait. 2. de
aia. ꝛ tñ oculis recedentẽ cõspicere nõ possu/
mus. Ergo plures imo oẽs ibi celestes adeẽ
spũs: lꝫ oculis corporis nõ cernam⁹: negare
nõ debem⁹. Nec etiã ď corp̃ibus btis excitan
dũ est. an nescis corp̃a beatifica oẽs quas ha/
buerũt in vita imp̃fectiones ex elemẽtis ñ ha/
bere. Nam dñs Bona. in. 4. di. 49. ait. Cor
pora nostra quattuor suscipiũt ab elementꝭ q̃/
litates. vꝫ. Ab aqua passibilitatẽ: q2 ẽ elemẽ
tũ valde passibile. A terra obscuritatẽ: quia
ẽ elementũ opacissimũ. Ab igne aialitatem:
q2 ẽ elementũ actiuissimũ. i. magne actiuitatis
ꝛ calor naturalis ꝯtinue humidũ radicale re/
soluit. Et ab aere infirmitatẽ: q2 ẽ elementũ
valde corruptibile. Et ideo cũ corp̃ibus beatꝭ
ois conueniẽs p̃fectio attribuatur: necẽ ẽ oẽm
ab eis ip̃fectionem amouere. Qm̃ carẽ malo
bonũ est: vt p̃hs ait in ethicis. ꝛ ꝑ conseques
oꝫ vt ꝯ corruptionẽ detur eis ipassibilitas cõ/
tra obscuritatẽ. claritas ꝯ aialitatẽ: agilitas ꝯ
infirmitatẽ penetrabilitas. Et he sunt quattu
or corpoꝝ beatoꝝ dotes. Audi Pau. i. Cor.
15. Seminaẗ corpus i corruptione: surget in
corruptione: ecce ipassibilitas ꝯ corruptioneꝫ
Seminaẗ in ignobilitate: surget in gloria: ec/
ce claritas ꝯ obscuritatẽ. Seminaẗ in ifirmi/
tate: surget in ꝟtute. ecce penetrabilitas ꝯ in/
firmitatẽ. Seminaẗ corpus aiale: surget corp⁹
spũale: ecce agilitas ꝯ aialitatẽ. Cõcordat his
Aug. 22. de ciui. dei. d. Aberit i corp̃ib⁹ nr̃is
ois deformitas: ꝛ ois tarditas: ꝛ ois corrup/
tio ꝓpt̃ impassibilitatẽ. Has qdẽ q̃ttuor cor/
ꝑũ btõꝝ dotes xp̃s Jesus i mõte thabor disci
pulis in forma claritatis oñdit ſm Alexan. ď
ales. Habet eni lux oẽs illas q̃ttuor cõditio/
nes: vt pꝫ intuenti. Sed dices nũqd talia cor/
ꝑa sole sũt lucidiora. Dico ꝙ sic. Isa. 30. Erit
lux lune sicut lux solis: ꝛ lux solis erit septupli
ciẗ. Sed q̃re nõ vr̃ talis claritas. Dico q2 cla/
ritate sua vtunẗ ad libitũ: quã tũc nobis indi/
gnis nõ oñdũt. vt ẽ cõis theologoꝝ doctrina
q̃re ꝛc̃. Accipe q̃rtũ mirabile qd̃ dr̃ subiecti
uitatis vbi ponaẗ talis regula. Licet accidetꝭ ꝛ
eẽ sit in eẽ. 7. metha. tñ in h sacr̃o ꝟtute dina
efficiẗ vt accidens sit sine sbo. P⁹ pars hui⁹

nostre regule ē clara ex snia Ax. vbi dictū est
Propter quod concludit ꝙ sola suba est ens
simplicit ꝛ ꝑ se stans. accidens autē e ens ſm
qd ꝛ alrī inherens. ob quā cām diffinitōes ac
cidentiū dant ꝑ addimenta: q2 ꝓncipia sbe sūt
etiā ꝓncipia accidentis: q̄re ꝛc̄. Scđa aūt ps
declaratur auc̄te rōne ꝛ exemplo. Auctori
tate qdē. audi Augu. in ſmone corporis xpi.
Accidentia inqt in eodē sine subiecto existunt
vt fides locū habeat dū inuisibile ꝑ visibile sū
mit aliena spē occultatū: ꝛ sensus a deceptiōe i
munes reddant: q đ accn̄tibus iudicāt sibi no
tis. h ille. Concordat tex. in. c. cū marthe. de
cele. mis. post medictatē capli. vbi dr. Dicitur
tm̄ hoc sacrm̄ mysteriū fidei. qm̄ aliud ibi credi
tur q̄ȝ cernat. ꝛ aliđ ibi cernit q̄ȝ credat. Cer/
nit ibi spēs panis ꝛ vini: ꝛ creditur ꝟitas. s.
carnis ꝛ sanguinis xpi: ac ꝟtus vnitat ꝛ cha
ritatis hec ibi. Scđo rōne ꝓbat sic. pl'a hȝ
deus facere q̄ȝ nr intellect⁹ intelligere: sȝ itel/
lectus nr h itelligit: g h ꝛ de⁹ facē pōt. Maior
ē Hillarij i. đ trini. Itē potentia q̄ȝto est spū
alior tanto ē potentior. qm̄ intellectus pl'a facē
pōt q̄ȝ sensus: vt nr̄a phia dicit. Quia intelle/
ctus spūalior ē q̄ȝ sensus. Sȝ potētia dina est
abstractior ꝛ imālior q̄ȝ sensus: g pl'a pōt q̄ȝ in
tellectus: sȝ itellectus h itelligit. g ꝛ deus h fa
cere pōt. Itē si accidētia illa cē̄t i aliq̄ sbo ma
gis ducerēt in cognitionē sui subiecti q̄ȝ corp'
xpi: ꝛ ꝑ ꝯn̄s ad idolatriā. Nec pōt dici ꝙ sint
subiectiue in corpe xpi: q2 tūc determinarēt cor/
pus xpi vt on̄sum ē in 3ª ꝯclōne ꝓme ꝯsidera
tionis. ꝛ h ē falsū. q̄re ꝛc̄. Et si q̄ris q̄re h de⁹
facit. Dico vt fides locū habeat. q2 si h ꝓbari
ꝑ ꝓncipia nālia posset. iaȝ illud scia cēt ꝛ nō fi
des. Salus aūt nr̄a nō sub scia sȝ sub fide est:
vt pȝ ꝑ btm̄ Tho. ſa ſe. q. 2. vbi ꝓbat ꝑ tres
rōnes. q̄re notitiā diuinoꝝ voluit cē sub fide:
q̄re ꝛc̄. Preterea quis q̄so ē ille sensus corpo
ris q subam sensare possit. certe phi tradunt sb
stantiā insensibilē cē. an g q2 sbam nō cernis:
negabis sbam ibi nō cē. A fili si via nāli itelli
gere nō potes accn̄s cē in h sacro sine subiecto
negabis diuinā potentiā q̄ ordinē cuilibet nāe
concessit hoc facere no posse: Tertio h nr̄a
regula pȝ exemplo. Nā in generatione nulli
ex ouo: remanet extrinsecū oui. i. spēs oui: et
tn̄ adhuc nō nato pullo diceres te nō nisi ouuȝ
videre ꝛ nō pullū. A simili remanet i h sacro
spēs illa panis: sba ꝯuertit i aliā sbaȝ: quare
ꝛc̄. Ex his inferūt aliq̄ correlaria. Primū est
ꝙ dina dispositio que aliq̄ ordinat ſm legē cō
munē ēt sibi aliq̄ reſuat pter legē cōeȝ facienda
ꝛ hoc nt ꝓuilegium ꝑticularis grē alicui cōicet
Vn̄ q̄ȝuis accidētia nō possint de lege cōi sta/
re sine subiecto: pn̄t tn̄ de lege spāl' grē: qđ fit i
hoc sacro. Scđo sequit ꝙ de suba rei ad sensū
iudicare nō ꝑtinet: sȝ ad itellectū. cui⁹ obiectuȝ
est ipsum qđ quid est ſm cōmunē opinionem
ꝛ est snia phi. 3º de aia. Tertio sequit ꝙ lȝ in/
tellectus iudicet accn̄s cē i hoc sacro sine sub/
iecto preter oēm nāe cursū: nō tn̄ seqt ꝙ erret:
q2 iuuat fide sicut iuuat ꝛ i alijs q̄ ei⁹ virtutem
nālē excedunt. Multa alia colligi pn̄t: sed ista
sufficiāt ad pn̄s. vide btm̄ Tho. in. 4. di. xij.
Accipe qntū mirabile. s. ꝯseruabilitatis. Vbi
accipe hanc regulam. vȝ. ꝙ lȝ nāliter sit valde
difficile duo corpora cē in eodē loco: in hoc tn̄
sacro nihil icōuenit id fieri virtute dina. Vbi
aia nota ꝙ phia nō ꝯcedit duo corpa simul in
eodē loco cē posse ꝑꝑ ipossibilitatē penetratō
nis corpoꝝ ad aures tn̄ eiusdē nō ꝑtigit: si ali
qđ corp⁹ sit tāte ꝟtut' ut ad libitū sua vtat q̄n/
titate: ꝙ illud cū alio corpe sil' poterit in eodem
loco locari: vt̄ de scō h ē in sacro: ut. s. corpus
verū xpi ꝛ corp⁹ de genere quātitat'. s. ipsa tri
na dimēsio sint i eodē loco. Quidā tn̄ exēplo
h ꝑsuadet de ciato cinerib⁹ pleno ꝛ supfusa aq̄
erunt cineres: ꝛ aqua in eodem ciato: qđ tn̄ tm̄
valet ad ꝓpositū quantum pōt. qr ꝛc̄. Accipe
tertium mirabile. vȝ. vnibilitatis. Vbi accipe
regulam talē. s. ꝙ lȝ in pluribus mundi parti
b⁹ ꝛ ecclesijs simul plures hostie ꝛ calices cōse
crent: vnū tn̄ simul ē corp⁹ xpi in oibus illis ꝛ
ponas exᵐ ut placet. Hec regula ꝓbat auc̄te
rōe ꝛ exēplo. Auc̄te ꝑ sic. audi Malachiaȝ. c.
ꝓ. ad iudeos dicētē. Nō est mihi volūtas in
vobis dic dn̄s: ꝛ mun⁹ nō suscipiā đ māu vr̄a
Ab ortu. n. solis vsq̄ȝ ad occasū magnū est no
mē meū i gētib⁹: ꝛ i oi loco sacrificat ꝛ offert
nōi meo ablatio mūda ꝛc̄. Ecce plura loco ꝛ
vnā mūdā oblationē exꝓmit. Item audi dn̄m
Exodi. xx. c. In oi loco in quo fuerit memo/
ria nominis mei veniā ad te ꝛ benedicā tibi.
Memoria nois dei ē h glosū sacrificiū: qđ in
sui meoriā i oi loco cōficit xpianoꝝ. De h est
bonus tex. de ꝯse. di. 2. c. qd sit circa medietatē
capli. vbi sic dr. Tāta videt cē vnitas e̅ t e in
xpo: ut vnus vbiq̄ȝ sit panis corporis xpi ꝛ
vnus sit calix sāguinis eius. Calix nāq̄ȝ que

393

sacerdos catholicus sacrificat nõ ẽ nisi ille quẽ
dñs apl'is tradidit: q₂ sicut ditas ꝟbi vita ẽ q̀
totũ mundũ implet: ita lꝫ multis locis ꝛ inũe/
rabilibus diebus illud corpus ꝯsecreꝶ: nõ tñ
sunt multa corpa xp̄i: nec multi calices: ſꝫ vnũ
corpus xp̄i: ꝛ vnus sanguis cũ illo qđ sumpsit
in vt̄o virginis: ꝛ qđ dedit apl'is. Diuinitas
eni ꝟbi replet illud qđ vbiqꝫ ẽ: ꝛ iungit ꝛ fac̄
vt sicut ipsa vna ẽ ita corpi xp̄i ꝛ vnũ corpꝰ eiꝰ
sit in ꝟitate ꝛc̄. ħ ibi. Et sunt ꝟba Gregorij
in homelia pascali. Hoc idẽ cõfirmat mgr̄ in
4. di. x. d. Veritas eius. i. diuinitas vbiqꝫ ẽ:
ꝟitas etiã eius. i. verũ corpꝰ in oi altari ẽ vbi
cũqꝫ celebraꝶ. Idẽ pꝫ de cõsc. di. 2. c. inuitat. ꝛ
c. vbi pars. Et idem mgr̄ in. 4. di. xi. sic ait.
Sicut diuitas ꝟbi totũ implet mundũ: ita in
multis locis illud corpꝰ consecraꝶ: nec sunt tñ
multa corpa: ſꝫ vnũ corpꝰ ꝛ vnꝰ sanguis. ħ ille
Et iste auctoritates sufficiant ad p̄ñs. Se/
cũdo hoc ꝓbaꝶ rõne. Nã deꝶ oppositũ: seqꝶ ꝙ
pl'es essent p̄sone ꝟbi: ꝯñs ẽ falsũ: g̊ ꝛc̄. seqla
ꝓbaꝶ: qm̄ iã oẽs ꝯcludũt vnã p̄sonã eẽ i xp̄o:
q̄re seqꝶ ꝙ si multiplicaꝶ suppositũ multiplicaꝶ
ꝛ p̄sona: qđ ẽ falsũ. Scđo arguitur sic. poten/
tior ẽ virtus increata q̄ꝫ virtus creata. ſꝫ vna
virtus creata iam est tota in toto: ꝛ tota in q̄li/
bet parte: vt ostendit phus. 2. de anima. dicẽs
ꝙ est tota in toto ꝛ tota in qualibet parte. ergo
a fortiori virtute dei erit vnum ꝛ idem corpus
in pluribus locis. Tertio hoc patet exẽplo
Et primo de voce vna predicatoris que est in
pluribus auribus. Secundo de vna specie in
pluribus existens oculis distantibus. Tertio
de quodã iudeo nouiꝶ ad fidẽ cõuerso: q cum
semel hac intentione ad ecclesiã accessit vt tot
lapillos in bireto poneret: quot hostias illo die
eleuari cerneret. cũ sic fecisset: tandẽ dum eos
numerare vellet: vnum solũ lapidem ex illis
oibus integratum reperit: q̄re ꝛc̄. Accipe
septimũ mirabile. s. incorruptibilitatis. vbi ac
cipe hanc regulam vꝫ. ꝙ ꝛ si dentibus corpus
xp̄i premaꝶ: ille sum tñ semp̄ reꝶuatur: quam ti
bi probo auctoritate rõne exemplo. audi Au/
gu. Quid inquit hoc sacramento mirabilius.
In ipso nanqꝫ panis ꝛ vinũ in corpus xp̄i: ꝛ
sanguinẽ s̄baliter conuertunꝶ. Ideoqꝫ xp̄us ꝛ
homo manducaꝶ itaqꝫ a fidelibus: sed minime
laceratur. quinimo diuiso sacramento integer
sub qualibet diuisionis particula p̄seueraꝶ ꝛc̄.
Et hec ꝑpulchre tangit magister in. 4. di. 12.

vbi positis pluribus opinionibus de fractiõe
hostie veram ponit opinionem dicẽs. Sed q₂
corpus xp̄i incorruptibile ẽ: sane pōt dici fra/
ctionem illam ꝛ partitionem non in s̄ba cor/
poris: sed in ipsa forma panis sacramentaliꝶ fi
eri: vt ꝟa fractio ꝛ partitio fit ibi: q̄ fit non in
s̄ba: sed in sacramento id est in specie ꝛc̄. lon
gus textus est. Et allegat apl'm. i. ad Cor. x.
Panis inquit quem frangimus: quia forma
panis ibi frangitur. ꝛ in partes diuiditur xp̄s
vero integer manet: ꝛ totus est in singulis p̄ti
bus. Itẽ allegat Aug. s. in ꝟmone quodã de
ꝟbis euangelij: ꝛ poniꝶ de consc. di. 2. c. iui/
tat. ꝛ in glo. super illud Corin. x. Panis quẽ
frangimus. Scđo probatur hoc rõne sic.
Oẽ frangibile est passibile: sed corpus xp̄i est
impassibile cũ sit gloriosum: g̊ ꝛc̄. Et vt intelli
gatur ista specierũ fractio ꝛ nõ corpis xp̄i. No
tandũ ẽ ꝙ sicut dcm̄ est in p̄cedentibꝰ corpꝰ xp̄i
non cõparatur ad sp̄es sub quibus ꝯtineꝶ me
diãtibus suis dimensionibus: imo eius dimẽ
siões sunt ibi q̄si ex ꝯñti vt etiã dic̄ btũs Tho.
in. 4. di. 12. Et ideo q̄cqd ꝯuenit corpi xp̄i me
diantibꝰ dimensionibꝰ suis nõ ꝯuenit ei ꝟm ꝙ
ẽ sub sacr̄o. Cũ ergo diuisio q̄ꝫtitatiua ei ꝯue/
nire nõ possit nisi mediante dimensione ꝓpa
cõstat ꝙ fractis illis sp̄ebus nõ frangiꝶ corpꝰ
xp̄i: ſꝫ ẽ impassibile ꝛ infrangibile: q̄re ꝛc̄.
Tertio ħ ꝓbatur exẽplo. Nã aia ẽ tota i toto:
ꝛ tota in q̄libet p̄te vt dcm̄ est: ꝛ tñ si inciditur
digitꝰ nõ inciditur aia: q̄re ꝛc̄. Accipe octa
uũ mirabile. s. cõuertibilitatis. vbi accipe hãc
regulã ꝙ tanta ẽ huiꝰ sacri ꝟboꝝ ꝟtus: vt q̄ꝫ
uis xp̄s vere comedatur: nõ tñ i s̄bam come/
dẽtis ꝯuertitur sicut de alijs cibis dicimꝰ: vt
pꝫ. 2. de aia. ſꝫ potiꝰ comedẽs i comestũ ꝯuerti
tur p̄ grãm. Hec vr̄ s̄nia Aug. i lib. ꝯfessio/
nũ. Satis hec regula clara ẽ: ex q̄ infertur que
dr̄ia fit inter digne sumẽtẽ ꝛ indigne. De di/
gne sũmentibꝰ veritatẽ hꝫ regula nr̄a. de ꝯsc.
di. 2. c. qd ẽ. Quid ẽ inquit illã mãducare escã
ꝛ illũ bibere potũ: nisi in xp̄o manẽ: ꝛ illũ ma/
nentẽ i se hẽre. De indigne sũmẽtibꝰ dicetur
ĩfra feria 5ᵃ. q̄re ꝛc̄. Accipe nonũ mirabile. s.
diuine ꝑmissibilitatis. vbi accipe hanc r'lam. Lꝫ
veꝝ xp̄i corpꝰ fit i hostia ꝯsecrata tñ si a mure ꝟ
cane ꝟ alio aiali comedereꝶ nõ xp̄s: ſꝫ sp̄es tm̄
sumereꝶ. Hãc r'lam expsse mgr̄ s̄niaꝝ ponit i
4° di. 13. c. solet q̄ri. i fine. vbi sic ait. Illud ẽt
sane pōt dici ꝙ a brutis aialibꝰ corpus xp̄i non

sũunt; etiã si videat̃ qd ergo sũmũt mus vl̃ mã
ducat de⁹ nouit. h̃ ille. Et rõ. q̃re nõ sũmitur a
brutis corp⁹ xp̃i est talis ꝭm btm̃ Tho. in q̃rto
di. 9. qm̃ nulla ẽ ordinatio bruti ad corpus xp̃i
vt. s. possint xp̃o incorꝑari. ⁊ iõ nõ sũmũt irra
tionalia corpus xp̃i nisi ꝑ accñs: inq̃ztũ. s. sum
mũt illud in quo est corp⁹ xp̃i. i. spẽs illaꝝ. Ista
ẽ cõis opinio. Et hec volo suffi ciant ꝓ secũda
veritate. Quãtũ ad tertiaȝ veritatẽ satis pȝ
q̇ est magni meriti tam conficiẽtibus q̃ȝ sum
mentibus. sed de hoc in sequentibus.

De vtilitate corpis xp̃i ⁊ sanguis. Cõcl̃. 3.

Ecipe tertiã ꝯclõnẽ. vȝ. Sicut h̃ bñ-
dicta ꝯuersio ⁊c̃. vbi tres ingramus
ve. vȝ. Prima ve. ẽ. Vtrum hoc
beneditũ sacr̃m ꝓsit btis ad augment glorie.
2ᵃ ve. ẽ. Que est vtilitas sũmentibus digne
in hac vita hoc bñdictuȝ sacr̃m. 3ᵃ ve. ẽ. Si
ꝓ ꝑuulis celebrari debeat hoc benedictũ sacra
mẽtuȝ. Q̃tũ ad p̃mã dico q̇ sacr̃a eccl̃ie nõ
ꝓsunt alicui q nõ sit i statu ꝓficiendi. Quare
cũ scti i p̃ria exñtes nõ sint i h̃ statu: quia sunt i
ꝑfectiõis termino: nõ vr̃ q̇ eis talia sacr̃a pro-
sint. vbi nota ꝭm btm̃ Tho. in. 4. di. 12. ⁊ ꝭm
cõiter loquentes q̇ gloria sctõꝝ ꝯphendit pre
mĩũ eorundẽ. Premiũ aũt est duplex. s. ẽẽnti
ale ⁊ accidentale. Essentiale est qd̓ hȝ de diui
tate. Accidentale qd̓ hñt de quocũq̃ȝ bono cre
ato. Quantũ ergo ad p̃miũ essentiale ꝭm
cõem opi. eorũ gloria minime augeri põt. sed q̃ȝ
tũ ad p̃miũ accidentale vsqȝ ad diẽ iudicij au-
geri põt. aliogn tunc nõ augeret̃ de gloria cor
poris xp̃i. Vnde de oĩbus opibus bonis scis
eis gl̃ia accrescit. Luc. 15. Gaudiũ ẽ angelis
dei ⁊c̃. Et ita de oĩbus q̃ in dei honorẽ fiunt
gaudẽt ⁊ marie de his i q̃bus de eoꝝ gl̃ia deo
gr̃as agimus. vñ simpl̃r loq̃ndo hoc q̃ztuȝ est
ad essentiam glorie hoc sacr̃m gl̃iam nõ auget
sȝ q̃ȝtũ ad accñtale auget. Ista ẽ cõis opinio.
Cõcordat tex. capl̃i cũ marthe. eẋ de cele. mis.
vide f̃rta q̃nta cineꝝ ꝯsideratõe 2ᵃ ꝯclõne ꝑ-
ma: vbi ẽ tex. ad l̃rãm. Etsi allegat̃ Inno. in
collecta vbi dr̃. Profit hec oblatio aĩe famuli
tui leonis ⁊c̃. dr̃ q̇ intelligitur sic: vt profit. s.
vt magis ac magis glorificet̃ i terris. q̃re ⁊c̃.
Quãtũ ad ꝭam v̓itatẽ dico q̇ tria sunt per
maxime bona que digne hoc sacr̃m sumentes
colligũt in hac vita. Primũ dicitur virtutũ
augmentatio. Scdm pcõꝝ venialiũ remissio
Tertiũ est peccatorum mortalium cancellatio

Primũ inq̃ȝ bonuȝ est virtutũ augmẽtatio
Probat̃ dupl̃r. Primo sic. nihil ꝑficit̃ spũa
liter nisi ꝑ augmentũ virtutũ. Sed h̃ bñdictuȝ
sacr̃m virtutẽ hȝ ꝑfectiuã ꝭm Diony. g° effect⁹
ei⁹ est v̓tutũ augmẽtũ. 2° ꝓbatur sic. Effcũs
h⁹ bñdicti sacri ẽ plenitudo gr̃e· sȝ ad plenitudi
nẽ gr̃e ꝑ augm̃tuȝ v̓tutũ ꝑuenit g ⁊c̃. maior ẽ
nõ in orõe canõis. vbi dr̃. Quotq̃t ex hac alta
ris ꝑticipatõe sumpsim⁹ oĩ gr̃a ⁊ bñdictõe r̃ple
amur. Iñ ẽ bon⁹ tex. de ꝯse. di. 2. c. nõ iste. vb
dr̃ sic. Nõ iste ẽ panis q vadit in corp⁹: sȝ p̃ais
vite eterne q aĩe nr̃e sbãm fulcit. Iste panis q̃ti
dian⁹ est. accipe quottidie vt quottidie tibi ꝓsit
sic viue vt quottidie merearis accipe. Et. c. xp̃s
dr̃. Xp̃s panis est de q̃ q mãducat viuit i eter-
nũ. Et. c. credere dr̃ sic. Credere in I hm xp̃ȝ
hoc ẽ mãducare panẽ ⁊ vinũ: q credit ⁊ mãdu
cat iuisibil̃r saginat̃. Glo. saginat̃. s. spũalib⁹
diuinis virtutib⁹ ⁊ donis. ⁊c̃. Vñ ꝓp̃ius h⁹
sacri effect⁹ ẽ ꝯuersio hoĩs in xp̃m teste apl̃o
ad Gal̃. 2. Viuo aũt: iã nõ ego: viui taũt i me
xp̃s. Ad quẽ alij duo effect⁹ subsequũt̃ spiritua
lis quãtitatis in augmentũ virtutũ: ⁊ restaura
tio deꝑditoꝝ in remissionẽ venialiũ: ve reꝑati
oneȝ cuiuslibȝ precedentis defectus vt dicit be
atus Tho. i. 4°. di. 12. Ex q̃bus seq̃tur q̇ p̃il
te bñdictus cibus est aĩe nostre vita: qm̃ sicut ꝑ
cibũ mortiferum mors intrauit orbem terraꝝ:
Gen̄. 3. ca. sic per hunc cibum luciferum vita
restauratur: vt vnde mors oriebatur inde vi-
ta resurgeret. ⁊ qui in ligno vincebat in ligno
quoqȝ vinceretur per Christuȝ dominum no
strum. Io. x. Ego sũ via veritas ⁊ vita. Et. c.
6. Caro mea est cib⁹ ⁊c̃. vbi Crisostomus ait
Prestat se nobis desiderantib⁹ ⁊ palpare ⁊ co
mederẽ ⁊ ãplecti vt v̓ificet̃ snĩa saluatoꝝ. Caro
mea vere ẽ ci. ⁊ sã. m. v. ẽ pot⁹. 2° sequitur q̇
hoc sacr̃m est nostra cuȝ xp̃o incorporatio. Io
6. Qui manducat carnem meam ⁊ bibit sãguĩ
nem meum in me manet ⁊ ego in illo. Qua-
druplíciter enim hoc sacramentum manduca
ri põt. s. sacraliter tm̃. spiritualiter tm̃. vtroqȝ
modo ⁊ neutraliter. Primo q̃dã illud su-
mũt sacraliter tm̃. ⁊ isti sunt de Iude comitiua
vt sunt cum peccato mortali hoc sacr̃m sumen
tes. audi tex. d̓ ꝯse. di. 2. c. sic iudas vbi dr̃. sic
iudas q buccellã tradidit x⁹ ñ malũ accipiẽdo: sȝ
bonũ male accipiẽdo locũ ꝑbuit dia° sic idigne
q̃sq̃ȝ sumẽs corp⁹ xp̃i effic̃ aut q: mal⁹ ẽ malũ fit
aut: q: ñ ad salutẽ accipit nihil accipit corporis

394

tū ꝛ sanguis dñi nihilominus erat in eis qbus
dicebat aplus. Qui mãducat ꝛ bibit indigne
iudiciū sibi manducat ꝛ bibit. Idē in .c. q sce/
lerate. ꝛ oēs ꝓpha hmōi maledic. d. Fiat mē
sa eoꝝ corā ipsis in laqueū in retributionē: ꝛ i
scandalū. Obscurent oculi eoꝝ ne videant: ꝛ
dorsum eoꝝ semꝑ incurua. Effunde sup eos
irā tuā: ꝛ furor ire tue apphendat eos. Fiat hi
tatio eoꝝ desta: ꝛ in tabernaculis suis nō sit q
inhabitet. qm̄ quē tu ꝑcussisti ꝑsecuti sūt: ꝛ su/
per dolorē vulneꝝ meoꝝ addiderūt. Appone
iniqtatē sup iniqtatē eoꝝ: ꝛ nō intrent i iustiti
am tuā. Deleant de libro viuentiū: ꝛ cū iustis
nō scribant: hec ille. In qbus sacratissimis v
bis .xi. maledictōes enumerat supuenientes oi
bus indigne cōicantibus. d' qb⁹ alias. Se
cūdo qdā sūmūt spūalit tm̄. sicut deuote ꝛ sine
mortali culpa missas audiētes: in h̄ sacro fir/
miter credētes. de qbus mgr in .4. di. 9. c. sic
sit. Et sic inqt due sūt res illi⁹ sacri: ita et duo
modi manducandi. vnus sacralis quo boni ꝛ
mali edūt. Alr spūalis q̊ soli boni manducant
vn̄ Aug. Quid ē xp̄m manducare. nō h̄ ē so
lū in sacro corpus ei⁹ accipe. Multi eni indi/
gne accipiūt: s; i ip̄o manere ꝛ hr̄e ip̄m i se ma
nentē. Spūalit eni mãducat q i vnitate xp̄i et
eccl'ie quam sacrm̄ significat manet. Nā q di
scordat: nec carnē xp̄i mãducat. nec sanguinē
bibit: ꝛ si tāte rei sacrm̄ ad iudiciū sui q̊tidie ac
cipiat. Spūalē manducationē Augu. distin/
guens a sacrali ait. vt qd paras dentē ꝛ vētrē
crede ꝛ manducasti. Credē i eū h̄ ē mãducare
panē ꝛ vinū. Qui credit in eū: mãducat eu; h̄
mgr in lr̄a. Hec et snia ponit de ꝯse. di. 2. ca.
vt qd paras. Tertio qdā sūmūt vtroq; mō
vt vere actualit sine pcō mortali cōicantes. ps.
Panē angeloꝝ mãducauit hō oē delectāme/
tū ꝛc. Quarto neutralit vt infideles ꝛ falsi
xp̄iani: q oio spreto dino ꝛ eccl'iastico mãdato
nec missas deuote audiunt: nec vnq̄; ꝯfitent
ꝛ xp̄m sūmūt. d' qb⁹. ps. ait. Deleant de libro
viuentiū: ꝛ cū iustis nō scribant. Tertio se
qr ꝙ hoc sacrm̄ ē nr̄a defensio. Defendit autē
ꝑmarie a trib⁹: carne: diabolo ꝛ mundo. In/
q̄ztū eni hoc sacrm̄ ē signū passiōis xp̄i ꝑ quaz
demones deuicti sūt ē oium spirituū maloru;
fugatiuū. ps. Parasti in cōspectu tuo mensa;
aduersus eos q tri. me. ꝛ idē. Dn̄s illūinatio
tio mea ꝛc. dic aliqt vsus. Scd̄o inq̄ztū in
hoc sacro miscet aq̄ q̊ ē elementū frigidū refri
gerans corpis estū ondit efficacissimū reme/
diū ꝯ carnis incēdia. ps. Sup aquā refectio/
nis educauit me: aiam meā ꝯuertit. s. ad spūa
lia bona. Tertio inq̄ztū h̄ sacrm̄ habitū grē
h; ex q̊ tanq̄; ex singulari medicina mors in/
terior ꝛ exterior supat. apparet ꝙ h̄ sacrm̄ a mi
sero nōs mūdo custodiat. ps. Si ābulauero in
medio vmbre mortis. s. hui⁹ tenebrosi mundi
nō timebo mala: qm̄ tu mecum es. Si igit aia
mea hec ꝛ similia ꝑicula times. accede ad xp̄i
mensā: comede ꝛ bibe: securus accede ait Au
gu. q: panis ē nō venenū. ps. Illic trepidaue
rūt timore: vbi nō erat timor: q̄re ꝛc. Scd̄;
bonū dr venialiū remissio. audi Amb. lib. de
sacris. ꝛ ponit d' ꝯse. di. 2. c. si q̊tiēs. Si q̊tiēs
inqt xp̄i sanguis in remissionē pctoꝝ effundit
debeo sp accipe q sp pecco debeo semꝑ hr̄e me
dicinā. Itē audi augu. ꝛ ponit d' conse. di. 2.
c. vtrū sub figura. Iterat inqt q̊tidie h̄ obla/
tio: l; xp̄s semel sit passus: q: q̊tidie peccamus
pctis sine qbus mortalis infirmitas viuē non
pōt: h̄ ille. Et istas etiā auctes allegat mgr in
4. di. 12. Dicit tm̄ btūs Tho. ibidē ꝙ nō o; sp
oia pcā venialia deleri: s; tm̄ fm mensurā de/
uotionis. posset tm̄ tātus eē feruor: vt etiā oia
delerent. Idē dicit Petr⁹ de tarātasio. Non
eni ē inconueniēs dicit btūs Tho. ꝙ aliq̄ ho/
ra hō sit absq; oi pcō veniali: l; ꝑpter nr̄am
fragilitatē diu durare nō possum⁹. Tertiū
bonū dr pctoꝝ mortaliū cancellatio. Duplicit
eni pcā mortalia delet. s. aut que fuerunt obli/
ta: aut que in animam intrarent: nisi h̄ sacro
muniretur. Nō enim delet scienter reruata:
q: cū vita sit aie: ꝛ ipsa in mortali pcō existens
mortua sit: non poterit illud viuificare. h̄ dicit
btūs Tho. vt. s. q̄re ꝛc. Et ista sufficiant pro
pn̄ti ve. Sed dic pr amb. si ꝑ hoc sacrm̄ veni/
alia dimittuntur: ꝛ hec quotidiana sint videt
omni die cōmunicandum esse. Dicit beatus
Tho. vbi supra ꝙ in recipiente hoc sacramen
tum duo ꝑncipaliter requirunt. s. desiderium
cōiunctionis ad xp̄m: ꝛ hoc facit amor. Se
cūdo reqrit reuerētia sacramenti. ꝛ hec ad do
num timoris pertinet. Si primu; ꝯsideretur
certe incitabitur homo ad quotidianā cōmu/
nionem. Si considerat scd̄m: tunc retrahit.
Et ideo si aliqua experimentalit cognosceret
ex quotidiana frequentatione sūptionis amo
ris augeri feruorē ꝛ reuerentiam nō minui, p
fecto talis quotidie cōicare debēt. Si āt reue

rentiam minui ⁊ feruorem non multū augeri sentiret: interduꝫ abstinere deberet: vt postea cū maiori deuotiōe accederet. Sꝫ quantuꝫ ad hoc vnusquisqꝫ suo iudicio relinquendus est. Frequēter aūt quem pctā mortalia nō grauant cōicet. qm̄ sicut cibo corporali restaurat̄ corpꝰ ita hoc sacramēto restaurat̄ aīa. Vñ opportet q̄ pluries deperdita restauret̄: ne hō a deo totaliter alienet̄. ⁊ hoc est consiliū nō preceptum De cōione semel in anno preceptū est: ſꝫ de h̄ in sermōibꝰ sequētibꝰ. Et accipe regulā Augustini dicēns. Si mens in affectu peccandi ē grauari magis dico eucharistie pceptiōe q̄ꝫ purificari. hec ille. Vñ clamat Paulꝰ. i. Cor. xj Probet aūt seipsū hō. ⁊ sic de pane illo edat ⁊ de calice bibat. Qui. n. mādūcat ⁊ bibit indigne ⁊c̄. Et hec sufficiāt q̄ꝫtū ad s̄am v̓itatem.

Quātū ad tertiā dico s̄m btm̄ Tho. in q̄rto di. iꝫ. q̄ ꝓ pueris baptizatis missaꝝ solēnia celebrant̄: nō q̄ eis ꝓsint ad alicuiꝰ culpe remissionē: vel glorie augmentationē: ſꝫ ꝓpter viuoꝝ suoꝝ solatiū. ⁊ vt ōñdat̄ tales pueros ad vnitatē corporis mystici ptinere. ⁊ vt etiā cōmendet̄ redēptiōis nr̄e mysteriū: qd̄ in hoc sacro cōmemorat̄: ꝓpter qd̄ hi paruuli sine ꝓprio merito sūt eternā gloriaꝫ cōsecuti. Bene igit̄ xp̄s memoriā fecit mirabiliū suoꝝ: hic per grām ⁊ in futuro per gloriā.

Feria quarta maioris hebdomade d̓ eadē materia sermo in ordine q̄dragesimꝰ tertius.

Ccepit Jesus panē

⁊ gratias agens fregit ⁊ dixit.
a Accipite ⁊ comedite: hoc ē corpꝰ meū. Luc. ij. ⁊ Math. 25. Jam mirabilia huius benedicti sacri percurrimus. Nūc circa ea que ad hoc cōficiendū sacramentū requirūt̄ accedamꝰ: qm̄ diximus q̄ Jesus panem accepit ⁊c̄. Ubi tres considerationes faciamus. videlicet.

De ministrāte hoc sacr̄m debitā requisitionē.
De mā reqsita huius sacri rectā assignationē.
De forma necessaria hꝰ sacri optimā regl̓atōꝫ

De ministerio debite requisito ad ꝯficiēdū corpus dominicū. Consideratio prima.

a Primo de mīstrāte hoc sacr̄m debitaꝫ requisitionē videamꝰ. vbi tres cōclusiones more solito faciamꝰ. vꝫ. Prima ē ista. Nō oīs ꝑsona pōt dñicū corpꝰ cōsecrare. Scd̄a cōclusio ē ista. Quāuis a persona idonea sit consecratū: nō tm̄ ab omnibus pōt rite esse dispensatū. Tertia conclusio est ista. Inter oēs falsos ministros q possūt corpus dñicū ꝯsecrare: hereticos debemꝰ euitare

Que sit ꝑsona idonea ad dñicū corpꝰ consecrandū. Conclusio prima.

a Ccipe p̄mā cōclōnē. vꝫ. Nō oīs ꝑsona ⁊c̄. dic totā. vbi tres inquiramꝰ veritates. vꝫ. Prima ē ista. Quot req̄runt̄ quantū ad essentiā ⁊ bene esse ꝑsone que dꝫ hoc cōficere sacr̄m. 2ᵃ est ista. Utrꝝ simul plures possint eādē hostiā ꝯsecrare. 3ᵃ ē ista Utrum sit licitū ab hac ꝯsecratione abstinere.

Quātū ad primā dico q̄ ad necessitatē aliq̄ ꝯcurrūt ad h̄ ꝯficiēdū sacr̄m: ⁊ aliq̄ ad bñ eē. Que s. sꝫ septē sunt p̄ncipales ꝯditiōes. videlꝫ Prima ꝯditio ē. q̄ ꝑsona ad h̄ sacr̄m ꝯficiendū requisita sit hō. Scd̄a q̄ sit hō masculus. Tertia q̄ sit hō masculus ⁊ catholicus Quarta q̄ catholicꝰ ⁊ rite ordinatꝰ. Quinta q̄ sit ꝑsona nō ꝓhibita. Sexta q̄ sit ieiunꝰ Et septima, q̄ nō sit cū pctōꝝ mortaliū ꝯscia grauatꝰ. Accipe p̄mā ⁊ dico q̄ ad ꝯficiendū hoc sacr̄m requirit̄ q̄ ꝑsona ꝯficiens sit homo ex quo sequit̄ q̄ si belua v̓ba diceret sup̱ debitā māin nō ꝯficeret. Itē ⁊ nullꝰ angelꝰ vl̄ spiritus btūs. Inde exclamat btūs Bernardus O p̄clara ptās vestra o sacerdotes. vos potestis ꝯsecrare corpus ⁊ sanguinē dñi sup omni p̄uilegio ⁊ ptāte. Stupet cor. mirat̄ terra. ꝯtremiscit hō. reueret̄ plurimū angelica celsitudo. Et de h̄ possūt assignari tres rationes.

Prima rō est dina institutio: que solos homines huiꝰ sacri voluit esse ministros. Unde cantat ecclia. Solis p̄sbyteris dereliquit: qbꝰ sic congruit vt sūmant ⁊ dent ceteris. Scd̄a est sacri interp̄tatio. Appellat̄. n. hoc sacramētū viaticū. q̄ oībꝰ viatoribꝰ cibus ē leuissimꝰ q in comedentē nō ꝯuertit̄: ſꝫ ecōuerso: vt dictū ē in p̄cedēti sermōe. ⁊ iō a solis viatoribꝰ ꝯfici ⁊ ministrari debuit: qd̄ nec angelis: nec alijs spiritibꝰ ꝯuenit. Tertia debita sacratio. Ministrū. n. huiꝰ sacri oꝫ eē gradatū. s. in ordinibus sacris. de ꝯse. di. ij. tribꝰ gradibꝰ. angelis aūt h̄ ꝯuenire nō pōt g̊ nec h̄ p̱ ꝯñs ꝯficere sacramētū ⁊c̄. Scd̄o reqrit̄ q̄ iste hō sit masculus. ⁊ p̱ hoc mulieres oēs ab hac excludūt̄ ꝑtāte. Tū q̄ nobilissimū sacr̄m nobilissimum dꝫ hr̄e ministrū. nobilior aūt ē masculus q̄ꝫ femina. Tū q̄ mulier multis ē n̄alibꝰ defectibꝰ

